COMMENTARII
DE REBVS
IN
IENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

SECUNDAE DECADIS SUPPLEMENTVM II.

LIPSIAE MDCCLXXIII.
VD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Amstelodami apud I. Schreuder, Londini apud Io. Nourse, Parisiis apud Briasson, Venetiis apud I. B. Pascali, Pataui apud Io. Manfrè, Holmiae apud L. Salvium.

MEDICINA

EX

SCIENTIA NATURALI

ET

EXPERIENTIA

IN

DE RERUM

COMMENTARII

I.

Acta heluetica, physico mathematico anatomico botanico medica, figuris aeneis illustrata, et in vsus publicos exarata. Volumen VI. Basileae, typis et sumptibus Ioh. Rudolphi Im Hof et filii. 1767. 4. Alph. 1. plag. 9. tab. aen. 1.

Recensionem huius voluminis minime negligendam esse putauimus, cum plurima ibi contineantur, quae et lectu suauissima, et vsu vtilissima sint, atque hoc volumen simili modo, vt priora, omni commendatione dignum reddant.

1) ALBERTI DE HALLER *emendationum et auctariorum ad enum: stirpium heluticarum Pars VI.* Vltimum hic tradit emendationum fasciculum, e itineribus DICKII, THOMAE eiusque filii, NICOU, DE SAUSSURE, cet. ann. 1763 et 1764, per alpes institutis, desumptum, ac varias describit plantas recens detectas, alias accuratius definit iisque nomina aptiora imponit. p. 1.

2-4) EIUSDEM *ad enumerationem stirpium heluticarum emendationes et auctaria. Pars I. II. et IV.* *) p. 23

*) Iam alias mentionem fecimus Partis IIItiae, vid. Comment. nostr. Vol. XIII. pag. 99. et Part. Vtae, vid. ibid. pag.

quas quidem partes, iam alias impreſſas, cum difficile habeantur, denuo reuiſit, correxitque Ill. Auctor, atque nouis obſeruationibus adauctas hic inſeruit.

p. 150. 5) *Dubitatio medico ſemiotica paradoxa, de fluctuatione humoris, in aliquo corporis cauo ſtagnantis, anonymi.* Haec eſt moles liquidi clauſi, vltro citroque agitati; quaeritur vero, vtrum in morbo fluctuatio locum habeat ſanguinis, puris, vel ſeri effuſi in pectore, pericardio, vel abdomine, ac ſignum pathognomonicum exhibeat, nec ne? In hominibus ſaucia-tis, eiusmodi fluctuationem interdum ſentiri, et extravaſationem prodi, plurimi quidem medici contendunt; Cum vero fluctuatio non niſi in vacuo locum habeat, et in cauo pectoris ac pericardio vel abdomine, excepto cauo inteſtinorum, nullum vacuum ſit, et nullus percipiatur ſonus, vbi deſit aer elaſticus; fluctuatio humoris ſtagnantis minime ſentiri poteſt, vel ſaltem in diagnoſi cruoris effuſi, vt ſignum falſax, ſumenda eſt, ac potius ad alia ſigna erit confugiendum.

p. 160. 6) FR. THADDAEI BERGERI *obſeruatio I. de ſteatomate 13¾ librarum, cum hydrope aſcite.* Virgo 40naria, diu laborans intumeſcentia abdominis et hydrope aſcite, tandem periit diarrhoea colliquatiua. In eius ſectione apparuit in regione peluis dextri lateris ſteatoma 13¾ lb pondere, ac vnius pedis dia-

pag. 108. quarum vtraque inſerta eſt act. helvetic. Vol. VIto. Partem VItam itaque, ſupra indicatam, addidit. Nos vero de omnibus ad Lectores noſtros nihil referimus, cum in Comment. noſtr. Vol. XVI. Part. IV. p. 625. ſeq. Splendidum opus, Hiſtoriam ſtirpium indigenarum Helvetiae inchoatam ampla recenſione propoſuerimus.

...ntero. Ouaria erant ſcirrhoſa, inteſtinorum ...ctus, a meſenterio quaſi auulſus et ſphaceloſus, ...ſum verſus ventriculum fluctuabat: renes vice... lien inſigni magnitudine, ſanguine corrupto ...tus, hepar pure repletum, glandulae pulmo... ex parte oſſificatae, totumque corpus exte... ...um, et pedes vſque ad genua oedematoſi.

7) EIVSDEM *obſeruatio II. de vulnere capitis ...ri funeſto.* Puer 12. ann. tam vehementi vul... capitis afficiebatur, vt ſtatim in conuulſiones ...deret. Et quamquam vulnus a chirurgo rite ...labatur, fungus tamen cerebri eiuſque gan... compeſci non poterant, et aeger 20mo die ...iebatur. Quo diſſecto, detectae ſunt fiſſurae ... longitudinales cranii, ab oſſe bregmatis ſini... vſque ad proceſſum ſtyloideum, ac dua frag... ...ta caluae, rurſus coalita: praeterea nulla con...iebatur futura cranii, vt fere ex vno oſſe com...tum eſſe videretur. p. 163.

8) *Horologii analemmatici noua et perſpicua de...riptio et demonſtratio,* Auctore LUDOV. WENTZIO. p. 167.

9) D. C. E. BERDOT *obſeruatio I. fetus biceps.* p. 179.
Hanc fetum primiparae mortuum eduxit obſtetrix ...ibus, femoribus, et ſpina dorſi fractis, et lacerato ...tris perinaeo ac veſicae ſphincterе. Erat fetus ...nimeſtris femineus biceps, cum duobus collis, ...et praeterea plane naturalis. Facies, vtri... capiti ſimiles, formoſae erant atque colore ...turali; auris ſiniſtra dextri, et dextra ſiniſtri capi... planiores; colla et capita antrorſum diſtincta, ...retrorſum tenui membrana coniuncta. In abdo...mine aderat hepar permagnum, quod degebat ...ſos ventriculos aequales, exterorſum et

ſiniſtrorſum poſitos, qui deſcendendo, et pyloris ad ſe inuicem accedentibus, arcum formabant; ſiniſtro ventriculo continuus erat inteſtinorum tubus, dextri pylorus duodeno inſerebatur. Peluis continebat vterum vnum, et vnam veſicam vrinariam, pectus pulmonem vtrinque vnum, quadrilobum, atque, inflato ore capitis dextri, intumuit pulmo dexter, intacto altero, et vtrique collo erat ſua trachea, in bronchia ad pulmonem vſque non diuiſa, et capiti vtrique ſuus pulmo. Spinae dorſi binae ſenſim ad ſe inuicem propius accedebant, et truncum latiorem reddebant, tandem in vnum os ſacrum abibant. Vtrique capiti cerebrum erat naturale, et ſyſtema neruorum vſque ad os ſacrum.

p. 186. 10) EIUSDEM *obſeruatio II. hydrops peritonaei.* Virgo 16. ann. poſt varia molimina ad menſes, oedemate pedum, et abdominis intumeſcentia afficiebatur, ac, neglectis remediis, tandem periit. In eius ſectione 24 librae aquae paracentheſi abdominis educebantur; in abdomine haerebat tumor, a ventriculo vſque ad os ſacrum, qui continebat meſenterium et inteſtina arcte incluſa, et hinc inde inflammata, atque coalita. Hic ſaccus ſiſtebat quaſi ſeptum, ad ſternum et coſtas deſinens, quo quidem aperto, camera in conſpectum venit, in qua haerebant ſcybalis duris plenus ventriculus, ac hepar; pericardium multum aquae continebat. Hinc patet, morbum fuiſſe hydropem telae celluloſae peritonaei.

p. 190. 11) EIUSDEM *obſeruatio III. febris octana intermittens.* Puer 14. ann. hac febre laborauit, quae ſemper die octauo redibat; attamen poſt quinque paroxyſmos ope emetici plane expulſa eſt.

p. 191. 12) EIUSDEM *obſeruatio IV. haemorrhagia labii inferioris annua et ſpontanea.* Hac vexatur quadra-

sagenarius, inprimis vere, ac semper ad quindecim uncias sanguinis amittit; si immineat hic fluxus, oritur tuberculum labii, quod in medio foramen ostendit, ac vtrumque, emisso sanguine, euanescit.

13) EIVSDEM *obseruatio V. hemiplegia dextri lateris, redeunte motu, sensu autem abolito.* Sexagenarius ter passus est apoplexiam, ac semper motus in aliquo membro laesus est; cum vero quarto insultu afficiebatur, secuta est hemiplegia cum abolitione sensus et motus; rediit quidem postea motus, nunquam autem sensus. p. 191.

14) *Obseruatio* Auctore Cl. COUSIN. Miles per vrethram eiecit vermem viuum teretem, octo pollicum longitudine, ac iam per plures annos copiosos vermes variae magnitudinis simili modo expellere solebat. p. 192.

15) I. I. D' APPLES *diarium inoculationis variolarum, factum mense maio 1762, quo declaratur, in hac operatione incisionem vtriusque brachii praeferendam esse applicato vesicatorio crurum.* Puellae quadrienni, post aptam praeparationem, applicauit Cl. TISSOT vesicatoria in suris, et vulneri filum, pure varioloso imbutum, iam ante nouem menses ab infante vnius anni sumpto, imposuit: idemque altero die, in crure dextro iterum fecit, attamen in decem dierum spatio vulnera cicatrice claudebantur, nec variolae erumpebant. Credit igitur Cl. Auctor, pus minus efficax fuisse, ob nimis paruam aetatem pueri, vnde profectum est, vesicatoria non satis penetrasse; et puellam forte telam celluloſam nimis densam habuisse, vt contagium non habuerit locum. Cl. LAVADE, suscepit deinde inoculationem huius puellae in vtroque brachio, cum pure varioloso vix p. 194.

vitra menſem collecto, ac die octauo erupuerunt paucae variolae bonae indolis, quae puella breui tempore optime ſuſtinuit.

p. 200. 16) EIUSDEM *diarium ſecundum, de operatione cataractae per extractionem.* Cl. Auctor hic proponit tres obſeruationes, vbi lens cryſtallina fa-
p. 204. nus felici cum ſucceſſu extracta eſt. *Obſ.* 1) Operator enim in femina 55. ann. incidit corneam oculi ſiniſtri in angulo paruo, aperuit capſulam, atque prodiit lens, ſed aegra obiecta diſtinguere pote-
p. 205. non didicit. *Obſ.* 2) Idem in ſenario ſublatum palpebram ſuperiorem hamulo, incidit corneam iteratis inciſionibus, atque ob capſulae ſpiſſitudinem et viſciditatem humoris aegre lentem eximere poterat, ac aeger deinde vidit obiecta, nube ingra-
p. 208. quaſi obtecta. *Obſ.* 3) Idem ſogenariae incidit corneam deorſum, manu tremente, et iteratis inciſionibus, ac magna opera et inſtrumentis lentem extraxit, atque aegrae deinde videbantur obiecta rubra, quod viſus vitium nullis remediis ſublatum eſt. Nihilominus praefert Cl. Auctor extractionem lentis ipſius depreſſioni, quacum vt plurimum maiora incommoda coniuncta ſunt, attamen non nii artis peritiſſimis haec operatio eſt committenda, qui ipſi interdum inopinata obſtacula offendunt, v. c. guttam ſerenam, paralyſin iridis, adhaerentiam capſulae lentis ad membranas, quibus vel optima operatio fruſtranea redditur; caueatur vero, ne acies inſtrumenti in bulbum inducatur, eumque laedat: ac ſemper antea praeparetur aeger venaeſectione, purgantibus, et diluentibus.

p. 213. 17) EIUSDEM *obſeruatio noſologica.* In regione, ad ripam lacus lemani ſita, alias ſalubertima, menſe decembri 1764, vſque ad finem aprilis 1765, ob humi-

lentiam vehementem perpetuam, peculiaris epi-
demia seruiit; langebant enim corpora cuiusuis
aetatis per aliquot dies cum fastidio ciborum, adeo-
que cum vomitu et diarrhoea, interdum alui obsti-
patio, vrina tenuis limpida, interdum viridis ac
lutea, dolor punctorius pectoris; nonnulli ini-
tio vel 5to die moriebantur, alii vsque ad 20mum
diem aegrotabant; ad finem morbi se manifestabat
tumescentia hepatis. Hic morbus tantopere se
expansit, vt a Geneua vsque ad Solodurum grassa-
retur.

18) *Obseruatio therapeutica.* Femina 49 ann. p. 216.
subito incidit in paroxysmum febrilem vehementem,
cum virium prostratione, dyspnoea, et sensu doloris
punctorii in latere dextro. Post venaesectionem et
clysma, accedebant menstrua, quibus cessantibus,
sumsit emeticum, quod 25 deiectiones aluinas ex-
citauit: sumta deinde mixtura confectionis de hy-
acintho cum tinctura anod. SYDENH. vltra quin-
que vlnas teniae eiecit; dyspnoea et hypothymia
accedentes vsu vesicatoriorum soluebantur, et aegra
45to demum die morbi plane conualuit.

19) *Obseruationes medico obstetriciae quaedam* 10. p. 219.
LUDOV. BUXTORFII; *Obs.* 1) *partus naturalis,*
mutatus in praeternaturalem, conuulsionibus praegres-
sis et insequentibus, tandem letalibus. Grauida 17
ann. dolores sensit ad partum, breui tempore ces-
santes; post aliquot horas vero incidit in vehemen-
tissimas conuulsiones, quibus mitigatis, obstetrix
perforauit caput fetus mortui, ac eduxit infantem
praegrandem, ac iam putrescentem, vna cum secun-
dinis, sine magna haemorrhagia; aegra deinde inci-
dit in sopores, et redientes conuulsiones hanc bre-
vi tempore vita priuarunt.

Obser.

p. 224. *Obſerv. 2) partus difficilis, convulſionibus ſyſtemi eis violentis ſtipatus, puerpera ſuperſtite.* Primipara, cui dolores ad partum ſubito ceſſabant, paulo poſt afflicta eſt convulſionibus ac ſopore, quibus operamediorum mitigatis, Cl. Auctor partum optis inſtrumentis accelerauit, et aegra ſenſim plane conualuit.

p. 227. *Obſ. 3) partus praeternaturalis, agrippinus dictus, et prolis ſtrangulatio.* Reduxit Cl. Auctor hunc fetum, ex vtero vſque ad collum dependentem, et ab orificii contractione iam ſtrangulatum, in axin; indicem dextrum ori immiſit, manum ſiniſtram humeris applicauit, et, cauta attractione, partum perfecit, aegramque ſaluam reddidit.

p. 229. *Obſ. 4) extractio puellae viuae, cum hamulo obtuſo, propter pariendi dolores ceſſantes, et verſionem impoſſibilem.* Primiparae ceſſabant dolores ad partum, et, ob ſitum lateralem capitis, ac peluis anguſtiam, fetus verti non poterat. Cum forceps Levretiana nihil efficeret, infixit Cl. Auctor orbitae oculi dextri fetus hamulum ſine obtuſo, orique immiſit indicem, atque ſic feliciter extraxit ex vtero puellam viuam.

p. 230. 20) EIUSDEM *obſeruationes medico practicae. Hydrophobia.* Miles, qui poſt animi pathemata ſumſerat vinum, incidit in hydrophobiam letalem. In cadauere diſſecto apparuit tumor ſubdurus genae dextrae, qui ſuſpicionem morſus canis rabidi praebuit, inprimis cum nulla adeſſent ſigna veneni in inteſtinis.

p. 232. 21) EIUSDEM *dolor inteſtini, ſ. colica ſingularis ſpaſmodica, cum febricula lenta*; quam vtramque Cl. Auctor, mero vſu pulueris corticis Peruuiani, ſuſtulit.

22) EIUS-

22) EIUSDEM *ſcabies retropulſa*, cuius quidem ſymptomata aptis remediis leniebantur, attamen paulo poſt grauior pſora erumpebat; hinc praeſcripſit Cl. Auctor, praeter balnea, remedium heroicum, e granis duobus mercurii ſublimati, et aquae ſcabiosae vnciis quatuor, ſpiritus matricalis vncia ſemi, cuius cochlear vnum ter de die dedit, vna cum decocto hordei et lacte, ac ſenſim hoc malum plane ſuperatum eſt. p. 234.

23) EIUSDEM *inedia decem dierum in melancholico*. Hic, vt ſupplicium fugeret, fame perire meditabatur, ac vndecimo demum die exhortationibus inductus eſt, ad alimenta capienda, ſenſimque plane conualuit. p. 236.

24) EIUSDEM *obſeruatio, conuulſiones hyſtericae partum praematurum praecedentes, atque poſt prolis mortuae ſpontaneum exclusionem perſeuerantes, tandem letales.* Femina 25. ann. ſaepius incidit in conuulſiones hyſtericas vehementes, ac peperit fetum mortuum octimeſtrem; continuantibus vero conuulſionibus et lochiis inde ſuppreſſis, paulo poſt periit. p. 237.

25) *Obſeruationes meteorologicae, factae Baſileae anno 1760. a* IO. IAC. D'ANNONE. p. 241.

FRIE-

II.

FRIEDRICH CASIMIR MEDICUS *Sammlung von Beobachtungen aus der Arzeneywiſſenſchaft. Erſter Band. Zuerich bey Heidegger und Compagnie 1764. 8. Seiten 332. ohne Zueignungs-Schrift und Vorrede. Zweyter Band 1766. Seiten von 332 bis 882. mit einem dreyfachen Regiſter ueber beyde Theile.*

i. e.

Collectio obſeruationum medico practicarum. Auctore FRIDERICO CASIMIRO MEDICO. Tom. I. II.

In primo Tomo haec leguntur.

Tom. I. Epidemicorum morborum hiſtoriam quamquam Cl. MEDICUS cum aliis medicis inprimis neceſſariam, nec cauſſas indicare opus eſſe iudicat, cur ſuam 1761 obſeruatam epidemiam, quam in praeſentis elegantis, ac profecto libri vtiliſſimi, cuius continuationem optamus, prima parte tradidit, vulgarit; tamen duas potiſſimum commemorat, quae eum ad huius epidemiae hiſtoriam, cum viris eruditis communicandam, excitarint. Ac prima quidem cauſſa cernitur in epidemiae huius grauitate: neminem enim ſcriptorum ſibi notum eſſe aſſeruit Noſter, qui tam malignam febrem intermittentem, tantisque grauioribus ſymptomatis ſtipatam, deſcripſerit, quam haec eſt a Noſtro propoſita. Alteram quaerit Noſter in loco, vbi eiusmodi morbi obſervantur. Atque optimus illi videtur noſocomium; Noſter vero praeeſt noſocomio, quod Mannhemii eſt conſtitutum.

Epide-

Epidemia haec, a Noſtro deſcripta; quae, iulio finito, graſſari incipiebat, magnopere diuerſa erat. In auguſto enim, et maxima ſeptembris parte erant ſpecies malignae febris intermittentis, aegri peius afficiebantur, quam octobri ac in nouembris principes: erant quartanae intermittentes. Mortes quoque earum deſcriptionem ſecundum menſes adornauit Cl. Auctor, et ita per ſingulum annum tempeſtatis viciſſitudo, quam obſeruauit D. STRANGEL, ac cum Noſtro humaniſſime communicauit, morbi et mortis hiſtoria traditur. Morbus, vti obſeruatus eſt, accurate deſcribitur et numerus mortuorum, cum breui deſcriptione morbi, mortis, et cadaueris, ſi exploratum eſt, traditur.

Quotidianus horror et calor febrilis, interdum p. 14.
ſine, interdum largo cum ſudore breuique intervallo ita, vt continua videretur remittens, febrem hanc efficiebant epidemicam, malignam et periculoſam, quam accedentes tum ſpaſmi ac conuulſiones periculoſiorem reddebant, atque ita debilitabantur aegri, vt plerumque delirantes interirent. Interuallum horum malignitatem indicabat: longius aliquam ſpem vitae conſeruandae quidem relinquebat; attamen ſymptomata erant eadem atque grauiſſima. Spaſmus plerumque tenebat totum corpus, quod interdum quam crudeliter ac validiſſime conuellebatur, cum ſenſuum internorum et externorum priuatione, deglutitione penitus laeſa, clauſis quam firmiſſime ore et ani orificio. Pulſus erat diuerſus, pro ſpaſmorum atque conuulſionum vehementia, interdum durus ac plenus, ſummeque inflammatorius, interdum contractus, paruus, irregularis, admodum celer. Quibus ſymptomatibus, per duos ferme dies ſaeuientibus, in cute ſicca, dura et aſpera ſudor viſcidus

erum-

erumpebat, inprimis in occipite et omnino parte capitis capillata, ita copiosus, vt guttulae destillarent, quo praesentis mors accelerabatur. Inter vitae eius ita affectos, vnus solummodo vitae restituitus est, et quatuor bis illum spasmum passi sunt.

p. 45. Per septembrem tempestas erat mutabilis, rosidiuae frequentiores, vbi, frigida tempestate, et horror febrilis augebatur.

p. 55. Octobri mutabatur haec febris in tertianam et quartanam, duplicatam et irregularem. Horror febrilis maior diutius durabat, et aegri vires superare videbatur, symptomataque erant varia atque aucta, cum dysenteria maligna, scorbuto gingivarum, et ptyalismo, nec non maculis petechizantibus; calor mitior ac breuior. Sudor viscidus per duodecim horas aegrum vexabat, male olens. In nonnullis incipiebat calor, et finiebat frigus febrem, eadem quidem vehementia, nullo tamen sudore.

p. 77. Nouembri hae febres continuabantur, mutatae tamen potissimum in quartanas. Ii, qui hac febre corripiebantur, antea iam fuerant in nosocomio eodem morbo affecti. Resistebant omnibus propemodum curandi methodis, aegrosque valde debilitabant. Alii plus frigoris, alii plus caloris febrilis percipiebant, plerique sudore enormi defatigabantur, accedente dysenteria putrida. In hoc mense autem ita hae febres grassari desierunt, vt sequentes per menses rarius a Nostro potuerint obseruari. Quapropter etiam huius febris historiam hic finit, nonnullasque obseruationes, quas in sequentibus mensibus collegit, in altera harum obseruationum medicarum parte tradere pollicitus est Cl Auctor. Caeterum centum quinquaginta et nouem sunt sanati, et vndecim mortui, quorum septem aliis morbis succubuerunt.

In

In cadauere quodam ſplen duarum librarum inuenebatur, tribus paruum lienibus, phalangae digiti magnitudine, et cordis figura. Porro lien alius [illegible], qui, quarto die, hac febre epidemica vitam cum morte commutabat, ita exſiccatus erat, vt falcidigitis teri poſſet. p. 80.

Haec erat ſumma primi libri huius primae partis, ad alterum librum iam nos accingemus.

Poſtquam Cl. Medicus in cauſſas inquiſiuit, cur ſures aliis, ipſo hoc morbo epidemico grauante, fuerint mortui morbis, hanc epidemicam febrim cum malis comitibus, ſpaſmo nimirum vniuerſali, ac dyſenteria, diiudicat. Spaſmum hunc, paucis licet eo tuerentur, non eſſe ſymptoma inopinatum oſtendit Noſter: ac dyſenteriam neceſſario ſequi debere e cadauerum ſectionibus, ad quam cum eo iam progredimur, monſtrat. Abdomen ſpaſmis erat contractum, cum omnibus partibus, in eo contentis. In ventriculo magna bilis copia, non deprauatae adeo deprehendebatur, pariterque in inteſtinis, in quibus huc inde ſphacelus ſeſe prodebat. Omnes partes autem tinctae a bile erant. De ſplene iam diximus; morboſae vero eius mutationes, non cauſſa morbi, ſed eiusdem effectus erant. Hepar erat ſanum. In thorace pariter contracto, pulmones acreti plerumque, vbi diaphragmati incumbunt, grifeo colore imbuti, exſiccati erant: hic diſſecti nec ſanguinem nec aliud fluidum habebant, iis vero paulo altius, conſueto colore magis praeditis, diſciſſis, emanabat ſanguis ſpumeſcens. Vna pars itaque pulmonum exſiccationem, altera putredinem prodebat. Pericardium ſanum erat, praeter magnam aquae albae copiam, odore et acredine deſtitutae, quam in ſe continebat. Cor videbatur paruum eſſe, in quo externe nihil morboſi erat, etiam aqua

hac

hac circumdatum erat, interne vero polypi variae magnitudinis et multitudinis in ventriculis inueniebantur, quos saepe albos, tenaces et membranaceos non rarius cruore impletos, continuatos vidit Cl. Auctor, per vicinas arterias, sensim ad extremitates superiorum et inferiorum arterias, vsque. Cerebrum omnino sanum spectabatur.

p. 110. Proximam huius febris epidemicae caussam ponit in abundantia bilis Cl. Auctor, inde fetorem intolerabilem aegrorum in faucibus, quem et vesicatoria, his aegris applicata, habebant, deriuat, ac eorum leuamen, leuissimis vomitoriis datis, quibus immensa copia bilis semper euacuabatur, explicat ac mixtur., in cadaueribus tantam bilis adhuc multitudinem, multa licet per vomitoria euacuata fuisse. Hoc fieri posse a bilis abundantia eiusque errore loci partim in primis, partim in secundis vias per experientiam aliorum, aeque ac Cl. Auctoris vlterius confirmatur, ac symptomata, huic febri communia, exponuntur.

p. 117. Vtrum bilis caussa, an effectus sit huius morbi a Nostro hic disquiritur, atque bilem febres quidem generare; attamen easdem quoque a bile vitiata proficisci posse, cum HIPPOCRATE et HOFFMANNO arbitratur. Dein inter caussas occasionales huius morbi potissimum a Nostro referuntur aestus, sub quo paludum stagnantes aquae corrumpuntur, haecque ex variis Auctoribus probat.

p. 135. Haec ad febrem epidemicam, cum spasmo vniversali spectant, quae vnum genus harum febrium concernit: iam ad febrem epidemicam intermittentem cum dysenteria, quae alterum harum febrium genus efficit, cum Nostro accedimus. Ac primum quidem cadauerum dissectorum rationem habemus, quorum quinque sunt. Abdomine aperto, magna copia,

copia aquae foetidae, in eo vndique contentae, emanabat, ventriculus ac reliqua, praeter hepar, quod & in his cadaueribus cum reliquis partibus compatum, maxime firmum ac ſanum videbatur, viſcera putredini ac reſolutioni fuerant tradita, inteſtinaque erant alba, ac foetore inſigni, ſphacelo ac impuritatibus bilioſis foetidiſſimis, magna cum flatulentia inquinata. Veſicula fellea alba conſpiciebatur, craſſa, nox viridi, mox lutoſa, foetida ac deprauata bile impleta. Splen inſignis magnitudinis, nec ſignis putredinis deſtitutus. Omentum vtplurimum putridum, ac maxima parte erat deſumtum. Pulmones accreti, exſiccati, nullam putredinem prodebant, in pericardio parum aquae, et in ventriculis cordis muneri et pauci polypi. Ceterum vbique putredo mox poſt obitum ſeſe manifeſtabat in internis et externis partibus corporis, ideoque caput non diſquiſiuit Cl. MEDICUS. Cauſſa proxima huius febris cum dyſenteria aeque cernitur in bile, multo maiori autem malignitate infecta. In febribus enim cum ſpaſmo ea erat copioſa, et ſtimulo eius irritante exſtabantur ſpaſmi; in febribus autem cum dyſenteria in ſummam abibat putredinem, quae et reliquas partes corporis corrumpebat. Cauſſae occaſionales aeſtus ſummus, cum ſubſequente humida tempeſtate, aere frigido ac calido, quae et ab aliis Auctoribus a Noſtro commemoratis, inter eas cauſſas huiusmodi morborum referuntur. De reliquis autem malignis febribus intermittentibus, quas inter hanc epidemiam obſeruauit, et ad alteram harum obſeruationum partem diſtulit, hic nihil a Noſtro narratur.

In tertio huius partis libro, ad methodum me- p. 155
dendi his morbis Cl. MEDICUS venit, et inprimis corticis Peruuiani vſum definit, nonnullasque de eo

addit cautiones. Id enim Noſter ſemper vidit, vt inflammatio ſanguinis primum domaretur: dein bilis ex primis ac ſecundis viis eliminaretur, et periodorum in his febribus intermittentium ratio haberetur. Quo facto ad febrium ipſas periodos, cortice tollendas, progreditur Noſter, ad ſpaſmos ſopiendos, et ad ſymptomata reconualeſcentium coercenda. In his ſex cautionibus tota harum febrium curatio, a Noſtro hic propoſita, cernitur.

p. 158. Iam de ſingulis videamus. Ac primum quidem quod venaeſectionem attinet, eam Noſter adhibuit. Quamquam enim Cl. Auctori conſtet ex recentiorum obſeruationibus, in febribus bilioſis venam non eſſe ſecandam; tamen cum fructu eam in hac epidemia eſſe adhibitam, experientia Noſtrum docuit. Non adeo enim in omnibus febribus bilioſis venaeſectionem intermittendam eſſe autumat. Eſt vero ſedulo in effectus bilis inquirendum, et hi venaeſectionem vel ſuadent, vel diſſuadent. Quod ſi enim bilis reſolutionem ac putredinem ſanguini inducit, venaeſectio obeſt; ſi vero ſtagnationem inflammationemque ſanguinis efficit, prodeſt ea. Id quod poſtquam et aliorum morborum, a bile ortorum, exemplis a Noſtro probatum eſt, redit Cl. Auctor ad hanc epidemiam. Atque hic obſeruauit, venaeſectionem non ſolum inflammationem coercuiſſe, ſed et vomitum excitaſſe, cuius ope inſignis bilis multitudo eſt euacuata, ac tandem ſpaſmos ſupra deſcriptos arcuiſſe. Bilis enim acrimonia ſolidas partes irritat, easque ita rigidas reddit, vt ſpaſtice contrahantur. Venaeſectio autem rigiditati ſolidorum officit, ergo ea ſpaſmis auertendis pariter, ac coercendis, inſeruit. Atque hoc ipſum iterationem venaeſectionis definiuit.

p. 187. Pergit iam Cl. Auctor tradere effectus vomitoriorum, digeſtiuorumque remediorum, inter quae ſal ammonia-

mentacum optimum ad periodos harum febrium
urbendas praedicat, emulsionum, nec non vesica-
riorum, quibus vim spasmorum leniendorum et
inflammationis coercendae, atque inprimis acrimo-
nia partim a bile, in sanguinem translata, partim ab
ipsa ortae, eliminandae; id quod ex foetore atque
rosione loci, vbi applicabantur, intelligi potest, ad-
hibit. Quae omnia, et cum fructu, Noster adhi-
buit in hoc morbo, cum eodem corripiebatur.

Boni effectus huius methodi erant, paroxysmo- p. 197.
rum breuitas, et interuallorum longitudo, aestus
diminutio, maior sensibilitas. In reconualescenti-
bus capitis dolorem, adhuc relictum, si e ventriculo
oriebatur, vomitu, praeterea plerumque vesicatorio,
cerui applicato, domuit.

Laudato a Nostro cortice Peruuiano, in his fe- p. 201.
bribus, cuius vsum supra *) iam iustis circumscripsit
limitibus, atque hic exemplis nonnullorum Auctо-
rum illustrat, in caussam inquirit, cur spasmus, cum
hac febre interdum coniunctus, non potuerit sem-
per auerti, ac multa medicamenta antispasmodica
interna ac externa frustra propinata esse docet.
Atque hanc ponit in bile stagnante et corrupta,
quae nullo modo potuit euacuari. Vstionem plan-
tae pedis hic non ausus est Noster.

Iam methodus medendi malignae huic febri in- p. 217.
termittenti cum dysenteria a Nostro proponitur,
quae cernitur in bile corrupta, euacuanda, in perio-
dis huius febris tollendis, et in adhibendis optimis
remediis, putredini resistentibus. Quapropter hic
potissimum laudati pecacuahnam, quae bilem corrup-
tam non solum eliminat ex ventriculo, sed eius
fibras quoque roborat. Qua exhibita, corticem
propinauit aegris, vel solum, vel cum tinctura rhei
aquosa, ac nonnullis guttulis liquoris anodyni HOFF-

*) vid. p. 209.

MANNI, ſiue interdum laudani liquidi SYDENHAMI, pro ſymptomatum diuerſitate coniunctum. Ad putredini reſiſtendum eo fortius corticem dedit, cum ſucco citri, aceto aliisque: ad roborandum addidit confectionem alkermes. Quodſi vero haec remedia non ſufficerent, mixturam, a Cl. IOANNE GRAMHUIS in appendice de colica pictonum laudatam, *) in auxilium vocauit, eique addidit corticis vncias dimidiam, et cryſtalli montanae drachmam vnam. Inſimulque verſus veſperam, philonio vſus eſt. Aluminis, cum cortice commixti, virtute antiſeptica ac antifebrili, ex optimis Auctoribus demonſtrata, atque catechu, antiſeptica vi, reliquorumque ſimplicium; ex quibus haec mixtura componitur, vſu declaratis, rationes reddidit, cur cryſtallum montanam praeterea huic mixturae addiderit, quam MERCATUS iam in dyſenteriis laudauit. Vtilem enim eam in diuerſis dyſenteriis, 1760 graſſatis, inuenit.

p. 233. Quartus liber continet recidiuas ac potiſſimum quartanarum, quae nullo modo a praecedentibus differebant, excepta curatione, quae difficilior erat, primis menſibus; vltimis autem, ii, qui propinquum continuas febres malignas antea habuerant, breuiſſimo cum interuallo, febre magis intermittente, cum moleſta dyſenteria corripiebantur, plerumque e rebus humanis eximebantur. Variis, recidiuas morborum omnino, atque inprimis horum, a Noſtro hucusque deſcriptorum, concernentibus, rebus pertractatis, ac ex Auctoribus illuſtratis, cum Noſtro ad curam harum recidiuarum progredimur. Simulac per vomitoria fuerat euacuata bilis corrupta et per ſalia digeſtiua, corticem propinauit Noſter, cum ſale ammoniaco, cuius ſalis vſum praeſertim

*) vid. comm. noſtr. Vol. IV. p. 633.

um in quartanis febribus magni facit. Id quod Noſter demonſtrat ex effectibus, quos hoc ſal praeſtat in ſanguine, vaſis adhuc contento, atque ex iis miſſo; porro, ſi ad carnem conſeruandam additur, et tandem ex iis, quos Noſter vidit in hac epidemia, omnino aſſentitur Cl. VOGELIO, qui illi potentiſſimam reſoluendi, et putredini reſiſtendi vim aſcribit, illudque cum nitro comparat et in maiori doſi ad drachmam vnam vſque duas de die ſuadet. Quapropter et vnciam huius ſalis vnam, cum ſex aquae vnciis ſoluit, et in hac ſolutione corticem propinauit. Porro, ſi neceſſitas poſtulabat, coniunxit cum cortice ſuccum citri, ſal petrae, rheum, corticem cinnamomi, interdum confectionem alkermes, vel quoque mixturam Cl. GRASHUIS, ſupra *) commemoratam, pro indicationum varietate. Quod ſi vero et haec methodus non ſatis erat, confugiebat Noſter ad puluerem alterantem Cl. PLUMIERI, i. ad ſulphur antimonii auratum, cum extracto et decocto millefolii. Nouembri vero mane, et verſus veſperam, drachma vna ſalis ammoniaci vſus eſt, nocte appropinquante, drachmam vnam corticis, ſcrupulum dimidium ſalis millefolii, ac duo grana ſulphuris antimonii aurati, ſimul in forma puluerис dedit aegris. Atque haec methodus, quamquam febres erant pertinaciſſimae, optima ac ſaluberrima Noſtro videtur.

Rationibus, cur haec remedia elegerit, adiectis, et effectibus eorum declaratis, atque ex Auctoribus illuſtratis, ad quintum et vltimum huius partis primae librum Cl. Auctor venit, in quo epidemiae omnino, et numerus mortuorum in iis conſiderantur. Praemiſſis nonnullis aliis rebus, ad humanam p. 279.

*) v. p. anteced.

ſocietatem conſeruandam, atque augendam, a multis excogitatis, potiſſimum ad id praeſtandum Noſtro videntur requiri medici, chirurgi, et artis obſtetriciae gnari, qui morbis non ſolum medeantur, ſed eos quoque arceant. Dein ad morbos, qui incolis praeſertim, qui Manhemii morantur, ſolemnes ſunt, conſiderandos ſeſe accingit. Atque ſunt morbi bilioſi, malignae febres intermittentes, quae ex humiditate domiciliorum, paludum foetore, noctibus frigidis, non ſero ſuperuenientibus, et ex ſitu vrbis proficiſcebantur, et de quibus etiam alibi *) Cl. Auctor iam diſſeruit: porro febres putridae, morbus miliaris, oſſium caries et tabes. Purpuram ſ. morbum miliarem quod attinet, quem alia occaſione pro morbo, variolis omnino ſimillimo, habet **), hoc ſolum enarremus, ſe, per annos 1759, 1760, et 1761 habuiſſe curam 5648 aegrorum, in noſocomio aeque, ac apud ciues, atque in tribus ſolummodo purpuram vidiſſe. Multorum porro, phthiſi ſeu tabe laborantium, pulmones ſine vlla labe poſt mortem reperit, quamquam viui inſignem puris copiam quotidie exſpuebant. In cauitate autem abdominis liquidum pus conſpiciebatur. Alii pulmones induratos oſtendebant. Rariſſime vlcera pulmonum cum pure vidit. Bonum effectum tandem expertus eſt in tabida annorum ſexaginta, a tinctura ſaliginis CLAUDERI, cum extracto corticis propinata.

p. 320. Cl. Auctor numerat 1227, qui ſanitati ſunt reſtituti, ac 30 eorum, qui mortui ſunt, vti ex additis tabu-

*) v. EIUSDEM *Geſchichte periodiſcher Krankheiten zweyter Theil p.* 202. comm. noſtr. decad. ſecund. Suppl. I. p. 92.

**) *v.* EIUSDEM *Sendſchreiben von der Ausrottung der Kinderblattern, p.* 87. vide comm. noſtr. Volum. XIII. p. 53.

tibus aegrorum, reconualescentium et mortuorum, duxit. Ex comparatione mortuorum, ex aliis nosodochiis, suum numerum minorem intelligit. In nosodochio fratrum misericordiae, quod Mannheimii floret, moritur decimus quartus, pariter ac in Londinensi, S. THOMAE nomine insignito. Cl. MOERCK vero vidit vigesimum tertium mori.

In secundo tomo haec continentur.

Praemissis variis rebus, ad historiam corticis Peruuiani medicam, eiusque originem, notas bonitatis, mangonisationem, atque vsum attinentibus, vti in praefatione huius tomi secundi intelleximus, in triplici morbo corticis vsum Cl. Auctor perpendit, nimirum in febribus intermittentibus malignis, putridis, atque inflammatoriis. Febres hae intermittentes malignae grassabantur, mensibus augusto, septembri, octobri et nouembri 1759, ac primo quidem intuitu continuae acutae esse videbantur; venaesectione tamen ac medicamentis refrigerantibus, licet difficulter, in intermittentes mutabantur. Multae enim ita pertinaces erant, vt sexto septimoue die demum, Cl. Auctor hoc praestiterit. Inter has autem quandam febris, plane singulari malignitate stipatae, speciem, quam nos dicimus soporosam, Cl. Auctor autem *Todten-oder Schlagfluß oder auch Schlaffieber*, obseruauit, cuius historia atque curatio hic enarratur. Tom. II. p. 336.

Signa huius febris soporosae malignissimae, ac profecto letalis, erant, ardor in vrinae viis, cum stranguria, sopor: sanguis, e vena missus, tenuis, aquae fluuiatili similis, colore mox florido, mox obscure viridi, lintea non adeo tingens, subruber, nec consistens, nec diu post in putredinem abiens. Ab initio aegri conquerebantur, de aestu insigni ac diu durante cum procliuitate in somnolentiam. Exper- p. 350.

gefacti erant debiliſſimi, minori quidem aeſtu; nihilnam tamen ſummis cum incommodis mittebant. Haec ſymptomata aderant ad ſummum vſque ad tertium diem, quo paroxyſmi intermittentes ſeſe incipiebant. In duobus aegris autem totus morbus, ab initio vſque ad finem febris, continua remittens eſſe videbatur. Primus paroxyſmus, horrore insigni, aeſtu per totum corpus, et copioſiſſimo, ſaepe male olente ſudore, cum ſopore, rhoncho et anxiis quaerelis aegrorum abſoluebatur, quo intra decem octodecimue horas finito, ſponte expergiſcebantur aegri. In interuallo obtuſus capitis dolor, totius corporis languor atque imbecillitas, cum anxietate aegros tenebat, videbantur tamen nihilominus reſici. Alter paroxyſmus priore erat fortior, ac potior. In ſopore nullo prope modum modo poterant excitari; rhonchuſque aderat, cum anxiis quaerelis, atque deglutitione laeſa, linguaque minus volubili. Erant aegri inquieti, cum ſubſultu tendinum, ac apoplexia tactis ſimiles conſpiciebantur, oculis apertis, toruis, ac fixis, totaque facies ſpaſtice diſtorquebatur. Interuallum videbatur mitior eſſe paroxyſmus. Auctis vero ſymptomatibus, aliisque accedentibus, tertius apparebat paroxyſmus, ſopore, horrore inſigni, rhoncho, quaerelis, ac deliriis, nec non ſpaſmis, ac conuulſionibus ſtipatus, vti in epilepſia interdum. Vnum vidit Cl. Auctor aegrum, qui, vti in tetano fit, ſine motu ac, cum reſpiratione ſonora, iacebat. Tota facies, adipe quaſi illita, videbatur, lingua fiſſa, et fuſco foetidoque muco obſeſſa, deglutitioque ita laeſa, vt vna guttula minaretur ſuffocationem. Symptomatis his aliisque auctis, apoplexia, quae aegros trucidabat, accedebat.

p. 359. Plurimi huic morbo obnoxii erant iuuenes, et quamquam periculoſiſſimus hic morbus eſt iudicandus, tamen Cl. Auctori pauci ſunt mortui, qui, niſi

altero paroxysmo, tertio semper praeueniebat. Methodus medendi autem, a Nostro adhibita, haec fuit. Ab initio vena secabatur, vt continuus in intermittentem mutaretur febrem, dolor capitis atque oculus permagnus leniretur. Non multum post vomitorium propinauit, cuius effectu absoluto, cortex ad quadraginta grana dedit. Quod si vero aegrotus nimium patiebatur, vesicatoria, aluo obstructa, enemata et id genus alia, adhibuit, prout symptomata postulabant. In paroxysmis nulla medicina.

Antequam vero Cl. Auctor in huius morbi malignitatem inquirat, nonnulla alia exempla, ad malignas febres intermittentes pertinentia, atque alio tempore obseruata, tradit. Ac primum quidem mentionem facit Nostri febris intermittentis, ac scabiei, alternatim praesentium, quem morbum, multis aliis, frustra in auxilium vocatis, remediis, demum cortice Peruuiano cum mercurio dulci atque camphora exhibitis, eisque saliuatione excitata, intra quatuordecim dies sanauit. Dein commemorat febres intermittentes, cum visus obnubilatione nocturna, saliuatione, apoplexia, mentis alienatione. Porro et obseruauit epilepsiam periodicam, quae in febrem intermittentem transire videbatur. Nec minus vidit febrem intermittentem cum epilepsia letalem. Epilepsia nimirum sopita, vermibus duobus, cum multis excrementis per clysmata euacuatis, aeger ita debilitatus conspiciebatur, vt ne vocem quidem emittere posset. Tergum vbique vulneribus obsessum conspiciebatur, et totum corpus oedemate et anasarca laborabat, ac quotidie copiosus ichor emanabat. Nec minus inflammatio quasdam partes occupabat, et in sinistro femore sese aperiebat vlcus, ex quo multum puris effluebat. p. 362.

p. 379. Mortuo hoc aegro, aperiebatur cadauer, effluabdomine ichor flauus, maleque olens, ac omnia viſcera abſumta ac corrupta inueniebantur. Cerebrum ſanum erat.

p. 380. Porro obſeruauit Cl. Auctor quartanam et quotidianam febrem intermittentem, cum dyſenteria, cum tuſſi et cum epilepſia. His itaque perpenſis ac annotationibus practicis illuſtratis, ad ſoporoſam febrem redit, illiusque malignitatem accuratius perſequitur, et aliorum Auctorum exemplis illuſtrat.

p. 395. Inflammato ſanguine, et ventriculo inteſtinisque cruditatibus impletis, corticis effectus valde cohibentur ac imminuuntur. De vſu mercurii dulcis in febribus intermittentibus, quem Cll. SCHULZIUS, VOGEL, BÜCHNER, LUDWIG aliique ſuaſerunt, agit Noſter, atque arbitratur, tum illum optime in his febribus conducere, cum veneres labo humores ſcatent.

p. 410. Diſſeruit iam Cl. Auctor de febribus intermittentibus, cum epilepſia alio libro, ab Eo conſcripto, et a nobis iamiam ſupra notato *) ibique varia exempla, ex Auctoribus collegit. Quapropter hic potiſſimum, de ſede epilepſiae agitur, quam Noſter non in capite, ſed in abdomine quaerit, idque exemplis confirmat, in quibus cerebrum nullo modo laeſum reperit. Ac ſi forte alii cerebri morboſas mutationes in cadaueribus inuenerunt, has, vt effectus epilepſiae, non autem, vt cauſſas eiusdem aſſumit Noſter. Ex eodem fonte putat quoque Cl. MEDICUS, epilepſiam, variolis ſuperuenientem, oriri, quem alii miaſmatis varioloſi acrimoniae venenatae quaſi, alii aliis cauſſis adſcribunt.

p. 430. Ex his omnibus autem Cl. Auctor demonſtrat, corticem Peruianum, iuſta circumſpectione datum, opti-

*) v. p. 214.

optimum, celerrimum, ac tutiſſimum eſſe remedium, ad depellendas febres intermittentes malignas.

Iam in libro ſecundo vſum corticis, in febribus p. 431.
putridis, Cl. Auctor expendit. Propinari poteſt cortex cum ſucco citri aut aceto, atque arbitratur Noſter, eo poſſe purpuram arceri. Veſicatoriis et emeticis vtplarimum non opus erat in his febribus, atque veſicatoria, ob reſolvendi vim et humores eliminandi, in his noxia indicat. Opium prorſus in his diſſuadet, criticorumque dierum, a veteribus conſtitutorum, plane nullam Noſter habet rationem. Duas febrium putridarum inprimis vidit ſpecies, nimirum cum inſigni aeſtu, et minori aeſtu, maioreque delaſſatione. Hanc ipſam methodum febribus putridis medendi, tandem ex aliis Auctoribus probat.

Nec minorem vtilitatem praeſtat cortex, in in- p. 452.
flammatoriis febribus intermittentibus, etiamſi Cl. Auctor ab initio his febribus corticem potius obeſſe, quam prodeſſe cum multis aliis Auctoribus putauerit. Cum vero febres, 1761 graſſantes, inflammatoriae indolis eſſent, et ſanguis, e vena tum miſſus, veram proderet inflammationem, quae nullo propemodum modo compeſci poſſet, conſtituit ſecum Noſter, has duas methodos medendi, febri nimirum et inflammationi, coniungere, ac propinauit corticem in parca doſi, cum ſale petrae, et emulſiones ita feliciter, ne quidquam, praeter regulares paroxyſmos febris intermittentis, remaneret. Sed non ſolum in parca doſi, ſed et in largiori exhibuit in his febribus intermittentibus, cum inflammatione coniunctis, corticem, addiditque interdum camphoram, felicemque huius methodi medendi ſucceſſum ſuis obſeruationibus confirmat, quae in catarrhales quoque cadit febres, ceterorum tamen ſymptomatum habi-

habita ratione. Veſicatorii effectum, cerulici applicati, non poſſumus hic reticere. Sedabantur enim deliria, quae, vulnere iterum exſiccato, ferocia apparebant. Attendit hunc effectum contrarium iam Cl. WHYTT *) hac tamen differentia, vt ille in peripneumonia mixta veſicatoria laudauerit, Noſter vero in vera inflammatione ſanguinis et pulmonum. Ex iis vero, quae Cl. Auctor de vſu corticis in variis his febribus notauit, patere arbitramur, effectus egregios corticis in ſingulis quam maxime pendere a medicamentis, quae cum cortice combinantur.

p. 469. Tum vtilitatem hirudinum in phrenitide exponit Cl. MEDICUS. Pone aurem ſex hirudines applicauit, antea tonſo capite. Inter ſugendum iam vox fiebat tranquillior, et reliqua ſymptomata paulo poſt quoque euaneſcebant. Vulnera itaque non ſtatim obtegebantur, atque ſex iterum poſt alteram aurem applicabantur hirudines, quibus quoque ſanguine impletis, ſomno, qui huc vſque defecerat, iam diu exoptato, aeger fruebatur, ac ille penitus ſanitati reſtituebatur. Ceterum euacuationem ſanguinis per hirudines, in hoc morbo, omnibus reliquis ſanguinis eliminandi modis praefert Cl. MEDICUS.

p. 497. De egregiis commodis veſicatoriorum, partilaeſae applicatorum, haec habet Noſter. Laudantur hic a Noſtro, in angina inflammatoria, pleuritide et iſchiade neruoſa, in qua poſteriori quidem, vſioni ſaepe veſicatoria eodem modo, vti veſicatoriis ſinapiſmos poſtponit, in illis et eiusmodi morbis. Non omni auxilio deſtitutus, loco veſicatoriorum, vſus

*) Philoſophical tranſactions Vol. L. for the year 1758. Lond. 1759. 8. p. 568. vid. comm. noſtr. Volum. X. p. 137.

ſus eſt in teneris corporibus, oleo ex prouincia Galliae, cum ſpiritu ſalis ammoniaci, interdum addito laudano liquido SYDENHAMI, infrictum panno laneo, (*Flannel*) ceruici impoſito, in angina inflammatoria, ſecundum Cl. MEAD aliosque.

Huius methodi antiquitate, ex veteribus inpri- p. 532.
mis demonſtrata, atque praeſtantia eorum aeque ac noſtri obſeruationibus confirmata, ad cantharidum effectus celeres aeque, ac ſalutares conſiderandos Cl. Auctor ſeſe accingit. Ac hi cernuntur in ſpaſmis ſopiendis, humoribus reſolvendis, et acrimonia eliminanda.

Commoda veſicatoriorum, parti laeſae applicato- p. 540.
rum, ſunt haec: et primum quidem morbus quam celerrime curatur; dein acrimonia adhuc latens, antequam ſeſe euoluat, eliminatur, atque ita expectoratio ſ. ſputum arcetur atque ſupprimitur.

Porro variae hydropis ſpecies a Cl. Auctore p. 563.
conſiderantur; in quibus curandis vituperantur vtplurimum laxantia, reſoluentia, ac ſtimulantia, oſtenditurque, hunc morbum non raro per ſola roborantia poſſe curari. Ac primum quidem Noſter laudat oleum oliuarum per frictiones adhibitum, a Cl. VOGELIO *) iam commendatum in hoc morbo, inter cuius vſum, et cremorem tartari efficacem per vrinam et aluum reperit. Oleo oliuarum adſcribit vim acrium in ſero extrauaſato particularum involuendarum, atque ſpaſmorum ſopiendorum, qua orificia vaſorum contracta relaxantur, et ad inhalandum ſerum extrauaſatum prona reddantur. Interdum autem oleum nocuit.

Nec minus conducunt in hydrope venaeſectio- p. 578.
nes ac antiſpasmodica. Nominat nimirum per ſuam

*) vid. hiſt. mater. med. p. 258.

ſuam experientiam illam hydropis ſpeciem, vbi hanc medendi methodum ſuadet, febrem hydropicam, ab extrauaſato ſero ſanguinis profectam. Quod ſi enim ſerum ſanguinis, ſanguine inflammato, per poros arteriarum ſudat, in tela cellulari illud ſtagnare oportet. Atque vnicum ſignum certum Noſtro videtur, pulſus vere inflammatorius ac ſanguis, qui quidem non cruſtam habet inflammatoriam, ſed ſpiſſitudinem duplicem, rubrae nimirum ſanguinis partis ac ſeroſae.

p. 696. Clyſmatum vſu, in hydrope declarato, in ſquillae effectus in eodem morbo inquirit. Quam minime pro ſpecifico in hydrope habet, et tres illi ſolennes effectus euacuatorios, non negat quidem, quid quod vno exemplo probat, tamen alia medicamenta, niſi ſtatim effectus ſuos edant, non ſpernenda eſſe putat, praeſertim cum refectio virium, poſt ſquillae vſum tardiſſime progrediatur. Tandem in anaſarca potiſſimum commendat Noſter vſum cinerum tepidorum, vt in merſis, quippe quibus, frictione adhibita, et addito externe ſale communi, et interne cremore tartari, ſerum extrauaſatum, in vaſis cutaneis ſtagnans, ad vias vrinarias eadem ratione hic deferri poſſe arbitratur, ac in merſis. Tepor enim ſerum ſtagnans mobile reddit, et ſalinae particulae reſolutae, ac in vaſa inhalantia in contextu celluloſo translatae, leniter ſtimulando videntur Noſtro ſerum ad vias vrinarias deriuare.

p. 603. Porro Cl. MEDICUS ſingularem effectum moſchi in ſurditate hic enarrat, quae, epilepſia ceſſante, aderat, eaque ſaeuiente, aberat. Anglorum aequo ac Cl. GMELINI aduerſus morſum canis rabidi experientia edoctus, moſchi, in maiori doſi adhibiti, vſum feliciter hic expertus eſt. Cautum tamen huius remedii vſum commendat.

Item

ben a Cl. Auctore, in forma epiſtolari, variae ob- p. 621.
ſeruationes practicae proponuntur, quarum pluri-
ma pars eradicandas variolas attinet, nos vero quas-
dam breuiter tradamus. Mercurii corroſiui ſubli-
mati ſolutionem non adeo magnis laudibus extollit.
Electricitatis vſum in medicina non prorſus ne-
gat quidem, ſed exemplo in inflammatione oculi,
ope electricitatis diſcuſſa, probat; ceterum tamen
non tanti facit. Alui obſtipationem pertinaciſſimam,
multis antea laxantibus et purgantibus medicamentis
inhibitis, ſanauit Noſter cremore tartari, ad duas
drachmas ſexies dato, ac emulſione gummi ammo-
niaci, viciſſim cum cremore propinata per omnes
horas. Nimius laxantium enim vſus ſtimulando
Noſtro ſpaſmos excitaſſe, atque viam magis magis-
que occluſiſſe, videbatur.

In aegro, tabe conſumto, aperto, poſtquam ab- p. 648.
domen, praeter anguſtias quasdam inteſtinorum, ſa-
num deprehenſum fuerat, ex thorace magna puris
copia ſcaturiebat, quae totam hanc cauitatem occu-
pauerat, et partes, in ea contentas, compreſſerat, ae
cor innatabat puri, cuius pericardium totum in pus
mutatum fuerat. Cor vero inflammatum ac gan-
graenoſum hinc inde erat.

In alius cadaueris diuerſis partibus deprehen- p. 661.
debat Noſter pus fuſco viride, acidum odorem ſpi-
rans, ac ſatis tenue. In femina quadam vidit Noſter p. 669.
magnam purulentae materiae atque ſanguinolentae
copiam, per pudenda emanare, quam in tuba Fallo-
piana latere putabat. Nimia autem copia huius ma-
teriae aegram, iam multis aegritudinibus vexatam, ita
debilitabat atque conſumebat, vt viuere deſierit. Ca-
daveris autem diſquiſitionem non permittebant eius
conſanguinei.

In debilitate, a nimio veneris exercitio in vtro- p. 678.
que ſexu relicta, inprimis laudat Cl. MEDICUS
lima-

limaturarum martis, qua autem adhibita, ſemper potulentorum vſum commendat, quoniam cardialgiae, pectoris oppreſſiones, aliaque moleſta ſymptomata oriri vidit in puella, quae vſus aquarum Schwalbacenſium, cum limatura martis, vna vice oblita erat.

p. 689. Exemplum hic enarrat Cl. Auctor, pleurae inſenſibilitatem declarans in inflammatione eius, poſt mortem detectae, cum viuo aegro, qui de doloribus in abdomine atrociſſimis et pertinaciſſimis conquerebatur, ac omnino magnam habebat ſenſibilitatem, nec quidquam doloris in thorace perciperetur. Dolores abdominales, quae Noſtro mortis cauſſa videbantur, profecti erant ab extranato ſero acri; mortis vero cauſſa ab inflammatione pleurae pendebat.

p. 695. Haemorrhoides a Noſtro iure inter morbos referuntur, ac, quoniam ſunt atque fuerunt nonnulli medici, qui has ipſas medicamentis accelerarent, easque minime morbis adnumerarent, monſtrat Noſter earum morboſam indolem, quae cernitur in erroribus diaetae. Oriuntur enim eaedem, vel ex vita ſedentaria, vel abuſu vini atque potus caffeae, vel a venere. Quibus demonſtratis, earum curam ponit optimam in diaeta ſeueriori, ab aegris ſtrictiſſime ſeruanda.

p. 711. Fieri poſſe, vt variolae eradicentur, iam Cl. Auctor in libello quodam, a nobis non multo ante indicato,*) declanauit. Quapropter hic partim quaedam ex eo repetit, partim remedium variolarum exſtirpandarum proponit. Variolas pro morbo naturali Noſter habet, nec eas generari in corpore humano ab occulta cauſſa, arbitratur. Quam ob cauſ-

ſam

*) v. ſupra p. 214.

suadet, vt febri varioloſae quam celerrime officiat medicus, nec ſolemnem morbi decurſum permittat.

Antequam vero ſuam Noſter medendi methodum tradat, quaeſtiones, naturam ac indolem variolarum concernentes, praemittit. Quapropter quaerit Noſter, an variolae propagari queant, et an ſane neceſſarium ſit, vt ſemen varioloſum in hominibus ſeſe evolvat? Id quod Noſter pariter ac ceteros omnino morbos hereditarios, ſuam in ſententiam, de variolis multis argumentis ſtabilit, a generatione ac creatione primi hominis partim, partim a nutritione hominis in vtero, et extra eum petitis. p. 735.

Comparat hic Cl. Auctor variolas cum ſcabie, et contagii varioloſi imbecillem vim clare manifeſtat. Tractat enim omnes modos contagii varioloſi ſuſcipiendi naturali aeque, ac artificiali ratione, per conuerſationem nimirum cum hominibus, variolis laborantibus, per aerem, et id genus alia: nec non per ipſam earum implantationem, indeque contagium illud non adeo eſſe timendum probat. p. 761.

Quemadmodum celeris humidae ac ſiccae, frigidae ac calidae tempeſtatis viciſſitudo, praecipua omnium epidemicorum morborum cauſſa Noſtro videtur: ſic et varioloſam epidemiam eidem cauſſae tribuit, ac ex hac parte aerem ſolummodo quid conferre poſſe, ad epidemiam varioloſam excitandam, arbitratur. Poſtquam hoc declarauit, ad indolem variolarum diſquirendam ſeſe accingit. Atque eam ni benignam, vel malignam quidem eſſe docet, ita tamen, vt malignitas non cadat in ipſas variolas, ſed in alias cauſſas, vel in corpore humano latentes, vel in atmoſphaera pendentes. Variolas enim benignas eſſe, ex ipſa earum inoculatione patere, Noſter putat. Variolis bis ac ter homines laborare poſſe, Noſter credere videtur, ac inoculationem nihil iu- p. 786.

vare posse putat, quam fortasse variolarum exstirpationem, et alius morbi, loco earum, propagationem

p. 808. Cum itaque Cl. Auctor arbitretur, variolas pendere solummodo ab aere, variolosi morbi saeuique solemnem decursum non esse naturalem, sed artificialem, statuit, necesse esse eum superandum quatuor stadiis. Nec vlla enim suppurationis, nec febris variolosae secundariae videtur necessitas Nostro, cum quae malignitatem variolarum saepe secutam afferre putet Noster, id quod probat cum febre variolosa sine variolis. Multo magis eo animandum esse autumat Cl. Auctor, vt, cum variolarum epidemiam eidem causae pariter, ac alias epidemias debeamus, morbus variolosus non tractetur, sed quam celerrime supprimatur.

p. 822. Nobis iam ad methodum variolis medendi Cl. Auctoris veniamus, quae in eo cernitur, vt febris variolosa mitigetur, nec ad suppurationem formandam excitetur. Atque hoc efficitur cortice Peruuiano, additis emulsionibus ac remediis refrigerantibus, et antiphlogisticis, si opus est, adhibitis laxantibus et emeticis, vel, si suppuratio imminet, applicatis vesicatoriis, et id genus alia. Probat Noster hanc suam methodum aliis exanthematicorum morborum, ac inflammatoriarum febrium exemplis; e. c. purpura, petechiis rubeolis, quae propemodum euanuerint, ac putat, eodem modo et variolarum exstirpationem posse praestari.

p. 842. Ad perscrutandam hanc, a Cl. Auctore tractatam, variolis medendi earumque exstirpandarum methodum, proponit Noster insitionem variolarum. Qua, vti solet, curata, post viginti et quatuor horas cortex est propinandus, maiori in dosi, per quatuordecim dies, minori, per totidem, additis que iis remediis, quae supra nominauimus, ac symptomata postulant, ac tum corticis vim in reli-

Finem huius tomi secundi facit triplex index, primus auctorum, hinc inde in his duobus tomis laudatorum a Nostro, nomina complectens, secundus contenta in his duobus tomis indicat, et tertius res, in iisdem propositas, continet. p. 855.

III.

FRIDERICI CASIMIR MEDICUS *Pfalzbaierischen Hofraths Brief an den Herrn* IOHANN GEORGE ZIMMERMANN *über einige Erfahrungen aus der Arzney-Wissenschaft. Mannheim in der akademischen Buch-Handlung* 1766. 8. *Seit.* 52.

i. e.

FRIDERICI CASIMIRI MEDICI epistola ad IOANNEM GEORGIUM ZIMMERMANN observationes nonnullas medico practicas complectens.

Subiungimus hanc epistolam ideo, quoniam Cl. Auctor hic duo exempla enarrat, quibus nouam medendi febribus intermittentibus spasmodicis methodum declarat. Vsus nimirum est aqua frigida, quam inter dentes subinde influere iubebat, et pone aures appositit hirudines. Aqua frigida corruptam, et in fermentationem vergentem bilem, ventriculi spasmum excitantem, quo et caput cerebrumque ipsum male afficiebatur, diluit atque corrigit. Hirudines vero, copiose applicatae, spasticam fibrarum, et vasorum cerebralium affectionem leniunt. Al- p. 7.

* supra p. 205.

vus autem, antequam hirudines apponantur, est aperienda, alias, vti Cl. MEDICUS experta eſt, minus iuuant.

p. 23. Aqua frigida dein adhibita, alia quoque remedia Noſter in auxilium vocat, vt venaeſectionem, emetica, ac potiſſimum tartarum emeticum, enemata, laxantia.

p. 42. Omnino autem in his febribus medicamenta calidiora ac regimen calidum Cl. MEDICUS reiicit, ſaluloque id vidit, vt bilis corrupta quam citiſſime expelleretur, ac vires vitae, inprimis per corticem Peruuianum ſuſtentarentur. Hac methodo ſe efficiſſe arbitratur, vt in noſodochio ter ſolummodo purpuram obſeruaret, quae olim valde graſſabatur per vrbem, et quam raro iudicat criticam.

p. 50. Finem huius epiſtolae facit obſeruatio de epilepſia periodica. Puella quindecim annorum, incidit inopinato in epilepſiam. Primis duobus diebus, noctis tempore apparebat; tertio autem die et ſequentibus, a hora ſeptima veſpertina, ad duodecimam paroxyſmus ſemper aderat, quo finito, ſumma debilitas relinquebatur. Nihilominus autem, ob pulſum fortem, qui et, paroxyſmo finito, ſummaque debilitate aegrae praeſente, aderat, venam ſecauit, et ſanguinis circulum nimium refrigeratibus ſedauit. Poſtea, bile mota, emetica adhibuit, dein cortice Peruuiano cum ſale ammoniaco propinato, epilepſia ceſſauit, et, denuo adhibito emetico, perque illud magna bilis copia eiecta, penitus aegra ſanitati reſtituebatur.

IV. A

IV.

A Treatise on the Hydrocele, or watry Rupture, and other Diseases of the Testicle, its Coats and Vessels; (Illustrated with Cases.) By PERCIVALL POTT, F. R. S. and Surgeon to St. Bartholomew's Hospital. — The second Edition, improved with very considerable Additions. London: Printed for L. Hawes, W. Clarke, and R. Collins. 1767. 8. mai pag. 327. absque dedicatione et praefatione. Tab. aen. 2.

i. e.

Tractatus de hydrocele, aliisque morbis testiculi, eius tunicarum et vasorum, exemplis illustratus. Auctore PERCIVALL POTT. Editio secunda multo auctior *).

Postquam in prima sectione generalia quaedam de herniis praemiserat Cl. Auctor, in secunda de hydrocele in genere exponit, cuius sedes vel in membranis scroti est, vel in tunicis et vasis testiculi. Priorem speciem aliquando vidit, solummodo vnius p. 5. 49. tunicam dartos occupasse, quod vtique rarius accidit. Quam diuersae et falsae opiniones de vtriusque generis origine et sede animis scriptorum insederint, fuse docet, ac denique merita virorum Cll. MONROI patris, et SAM. SCHARPII laudat, qui primi veram indolem ac theoriam horum morborum rite explicuerunt. Ad quam declarandam in

*) Prioris titulus est: Practical Remarks on the hydrocele or watry Rupture, and other diseases of the Testicles. London 1762. 8.

p. 12. ſectione tertia ſtructuram anatomicam funiculi ſpermatici, teſticuli et integumentorum harum partium exponit, praecipue chirurgos monens, vt in doctrina
p. 15. de herniis ad iter funiculi ſub muſculo tranſuerſali et obliquo interno, et per obliquum externum, probe attendant: docet porro, telam celluloſam, quae vaſa ſpermatica in itinere ſuo cingat, peſſime dici tunicam vaginalem huius funiculi, multoſque inde errores enatos eſſe. Teſticulorum deſcriptio cum ea
p. 18. conuenit, quam alias exhibuit *). Ex anatomes harum partium expoſitione conſectaria quaedam elicit, et exempla aliquot teſticulorum, in ingvine relictorum, et mutationes morboſas efficientium, eodem in libro iam allata **), repetit.

p. 31. Sectio quarta de anaſarca ſcroti agit, qui morbus, licet vi etymi ad hydrocelen referendus videtur, vere tamen ad eam non pertinet. Quinquam ſaepius cum aſcite coniunctus deprehenditur, aquas tamen, in cauo abdominis ſtagnantes, in ſcrotum deſcendere nequeunt, quod nulla intercedit inter vtramque cauitatem communicatio; ſed cellulae, exteriorem parietem peritonaei conſtituentes, ſi aqua repletae ſunt, eidem tranſitum in tunicam dartos facile permittunt. Curatio fere a medicamentis internis exſpectanda eſt: chirurgica enim auxilia, per puncturas et inciſiones ſcroti, palliatiuam tantum medelam afferunt, nec vnquam, niſi per accidens, malum ipſum tollunt. Punctura tamen inciſioni ſemper praeferri debet, quod vtraque idem finis intenditur, et poſterior triſtes vtplurimum effe-

*) An Account of a particular kind of Rupture, frequently attendedt upon new-born Children; and ſometimes met with in Adults. London 1757. 8. mai p. 7. vid. commentar. noſtr. Vol. IX. p. 55.

**) p. 28. comment. noſtr. l. c. p. 56.

ſus poſt ſe trahat, emphyſema nimirum, gan-
nam, ſphacelum, cet. Vera autem hydrocele
licis generis eſt: ſiue cellularum tunicae commu-
, ſiue cyſtica in eadem tunica, ſiue tunicae vagi-
; quarum tamen interdum vna cum altera con-
ſa eſſe poteſt.

Prior ergo in ſectione quinta exponitur, eius- p. 52.
origo, ex generali notione ſeri, extra vaſa miſſi,
laratur. Si ſimplex fuerit morbus, neque mul-
incommodi, etſi inſignem molem adeptus, ad-
, neque adeo facile cognoſcitur, nunc varicem
niculi, nunc detruſam omenti partem, quae, ad-
ſione facta, reduci nequeat, mentiens. Curatio
ſſime locum habet, abſque operatione chirur-
: neque haec, cum increuit malum, et tunica
munis affecta eſt, omni periculo caret.

Hydrocele cyſtica tunicae eiusdem obiectum p. 73.
ſionis ſextae ſiſtit, morbus praecipue infantibus
lemnis, veteribus iam optime notus, ſed a recen-
oribus ſaepe minus recte cognitus, et frequenter
o pneumatocele, quae merum ens rationis eſt,
abitus. Tumor eſt in medio funiculi inter teſti-
ulum et inguen, figurae oblongae, aequalis, nunc
agis, nunc minus latus, ſemper admodum tenſus,
neque ergo fluctuationis ſigna prodens, neque im-
preſſionem a digito ſeruans, leuiter percuſſus ſoni-
um edens, doloris expers, a mutato aegri ſitu non
mutandus; neque cum cauo abdominis, neque tu-
nicae vaginalis communicans, adeo, vt teſtis et epi-
didymis libere tactui ſeſe offerant, et ſaepe etiam
tactus ſuperiorem funiculi partem diſtinguat. Haec
ſigna morbum ſimplicem declarant, qui, ſi quoque,
vt interdum accidit, cum hernia vera, vel hydrocele
tunicae vaginalis coniunctus ſit, ea tamen attentum

chirurgum ſatis inſtituunt, quando cum ſymptomatibus horum morborum conferuntur. Recentior, in infantibus, ſaepe fotu calido facile diſſipatur, aut, aqua per puncturam lanceolae emiſſa, ſanatur; in adulto vero, ſacco iam calloſiore reddito, opus eſt, vt is per omnem longitudinem aperiatur, quod plerumque facile et abſque periculo fieri, adducta a Cl. Auctore curationis exempla demonſtrant.

p. 91. Duae ſubſequentes ſectiones hydrocelen tunicae vaginalis pertractant. Num eius cauſſa immediata
p. 93. in vaſis ſpermaticis varicoſis, an in ipſarum affectarum partium mutata conditione ponenda ſit, in ſuſpenſo relinquit Noſter. Quod plerique ſcriptores pro ſigno huius morbi characteriſtico venditant,
p. 95. nimirum transparentia tumoris, fallaciſſimum eſſe incertiſſimum. Cum hernia inteſtinali facillime confunditur; plerumque tamen ab hac diſcerni poteſt
p. 96. eo, quod funiculus ſpermaticus in inguine, vbi per muſculos abdominis exit, libere tactu percipitur. Errant, qui in hoc morbo teſticulum in fluido vndiquaque libere ſuſpenſum haerere aſſerant,
p. 97. quod anatomica diſquiſitio refutat: quare in praxi eo attendendum eſſe Noſter praecipit, ne tumorem in poſteriori ac ſuperiori, aut media parte aperiamus. Ex hac connexione etiam diuerſitas tumoris, quam tactus offert, apparet, quae etiam diſcrimen inter hunc morbum, et anaſarcam ſcroti, atque hydrocelen cyſticam funiculi conſtituit. Ab hernia inteſtinali, praeter iam allatum ſignum, differt, quod in hac teſticulus, ſi diſtingui poteſt, in inferiori parte totius tumoris percipitur. Teſticulus induratus, licet etiam hydroſarcocele adſit, tamen tactu diuerſus deprehenditur a ſano, quamquam interdum maiori et laxiori, qui in morbo noſtro adeſt: quae quidem diuerſitas cautiſſime attendenda eſt,

ne

in curatione peccetur. Mercurius in teſticulo p. 108.
ſcirreo adeo efficax, in ſcirrho eiusdem, ab aliis
meſſis profecto, aut euidenter nocet, aut ſaltim tem-
pus curationis aptioris praecipit. Neque vnquam,
aut a cicuta, aut a belladonna effectus laudabiles vi-
dit Cl. Auctor, ſed inprimis has malum ſemper
exaſperaſſe perſpexit. Cum in aegro debiliori mer- p. 124.
curius inunctus motus ſanguinis concitatiores effi-
cit, vel verſus fauces ruit, corticis chinae decoctum,
bis vel ter de die, donec curatio finita fuerit, porri-
git. Bis hydrocelen tunicae vaginalis, iam confir- p. 125.
matam in hominibus adultis, absque eductione
aquarum diſparere vidit: prima vice, poſt inſultum
erysipelaticum, per ſex hebdomades durantem, altera,
poſt vim externam, ſcroto illatam, quae ecchymoſin
fecerat, fomentationibus cet. reſolutam, quae au-
xilia etiam ipſam hydrocelen diſcutiebant.
Curatio hydroceles huius vel palliatiua eſt, vel p. 129.
radicalis. Prior punctura, vel ope lanceolae, vel
acus triquetrae cum cannula peragitur, quarum vi-
ctoriam priori praefert Noſter, quod ex vulnere aqua
protinus effluat, neque compreſſione ſcroti opus ſit,
unde aliquando totam tunicam dartos, eſchara affe-
ctam, vidit. De loco, in quo operatio inſtituenda
eſt, iam vidimus. Diſcutientia et alia auxilia, ad futu-
ram collectionem aquarum praecauendam, a veteri-
bus propoſita, vel minus neceſſaria vel inutilia ſunt.
Metus, in adultioribus facile vulnerari poſſe teſticu-
lum, ab operatione deterrere non debet.
Radicalis curatio in eo poſita eſt, vt, coalitione p. 144.
vtriusque tunicae, teſticulum ambientis, facta, col-
lectio aquae, in cauitate ab iis interceptae, in
futurum impediatur. Variis modis hunc finem at-
tingere, veteres ſunt anniſi. Cauterium, ligatura, et
iniectio plane, et quidem merito exoleuerunt: re-
liqua vero auxilia vulnus vel anguſtius, vel largius

in vaginali tunica efficiunt. Ad priora pertinent ſetaceum, cannulae, et turundae, quorum omnium primarius quidem finis non, niſi palliativum curationem, reſpexit, ſaepe tamen vere radicalem praeſtitit. Quum autem vix ac ne vix quidem, effectus optatus ſemper ab iis exſpectari queat, praeſtantius
p. 155. eſt, larga apertura aquae incluſae exitum parare, quod vel cauſticis, vel inciſione fit. Vltimam tamen
p. 156. ideo praefert Cl. Auctor, quod cauſtica raro vſque ad tunicam vaginalem penetrare queant, adeoque ſaepius applicatio eorum irrita ſit. Poſtquam igitur edocuit, operationem iſtam non, niſi in ſanis, ac vegetis ſubiectis, et, vbi morbus nondum inueterauerit, ſuſcipiendam eſſe, eandem deſcribit, quae
p. 162. ſatis ſimplex eſt, cum nempe, tumoris ſuperioris parte elouata, in inferiori et anteriori parte ſcrotum, et vaginalis tunica ſcalpello inciditur, vulneri apex digiti indicis immittitur, et ſuper huno diuiſio per totam ſacci longitudinem continuatur. Teſticulus, ſub operatione nonnihil prorumpens, blandae repoſitioni cedit. Non conuenit, vulnus arcte linteis replere, aut teſticulum comprimere; ſed minima eorum portio immittenda, vulnus molliter deligandum, et ſcrotum in ſuſpenſorio reponendum eſt. Febris quoque iuſtam rationem haberi debere, per ſe liquet. Calloſitas tunicae, labia vulneris craſſiora efficiens, ſolummodo digeſtiuis et emollientibus tractanda eſt, et abſtinendum ab omnibus irritantibus et erodentibus. Si, ob nimiam calloſitatem, pars quaedam remouenda eſt, hoc ſub ipſa operatione fiat, et melius quidem ſcalpello, quam forficibus, quas Cl. DOUGLASS eum in finem adhiberi iuſſerat *). Quum ingens copia fluidi ſcrotum et tunicam multum extendit, ſatius putat Noſter, primum
p. 172.

punc-

*) vid. comment. noſtr. Vol. VI. p. 708.

...ram tantum administrare, et curam radica... differre, donec recens accumulatio partes has ... moderate diffendat, ne nimis subita mutatio ...comata periculosa excitet.

...liis modis huic morbo medendi nullus Ch. p. 177. ...fatisfecit, praeter ſetaceum, quod tunc vtile ..., cum curatio per incisionem vel ab aegris ...idatur, vel minus idonea iudicatur. Tunica ...alis, modice distenta, acu triquetra perforanda ... aqua educta, ope cannulae ingeratur ſpecillum, ... aliquot gossypinis obuolutum, idque, quam ... fieri potest, versus superiorem tunicae partem ...datur; postea, incisione minore ad eam partem, ...ingressum est ſpecillum, facta, illud cum parte ...educatur, eaque hinc colligentur, orificium ... linteis complicatis obtegatur. Fila relicta in ...ore arctae tunicae albugineae agglutinantur, et ... horas ſcrotum et testiculus intumescunt in... ...manturque; haec vero ſymptomata venae ..., aluiductione, et applicato cataplasmate, ...ſanſorioque mitigantur, et vulnus postea decenti modo tractandum est, donec, inflammatione ac tu... discussis, ſetaceum ſua ſponte secedat, et vul... consolidetur.

In ſectione nona haematocelen considerat Ch. p. 179. ...ker, eiusque quatuor ſpecies constituit, quarum ...mae et ſecundae ſedes in tunica vaginali haeret, ..., vel ſub ipſa eius perforatione vas ſanguiferum ...ditur, vel haec tunica vasis varicoſis obſita, et post ...tensionem nunc subito collapſa, tale vas disrum... ...itur. In priore casu, aqua ſanguine tincta, protinus ..., et post hanc euacuationem ſincerus ſanguis colligitur: in ſecundo, ſerum euacuatur limpidum, et tunc demum tumor ſanguineus contrahitur. Neutra ſpecies aliquid periculi, aut moleſtiae in diſcutien-

cutiendo, vel educendo ſanguine parit. Curatio autem res eſt, ſi ſanguis intra tunicam albugineam effunditur, a compage vaſculoſa teſticuli ipſius, vel laxata vel reſoluta; qui morbus difficilius ab hydrocele tunicae vaginalis diſtinguitur, haec, niſi forte in diuerſitate fluidorum, in vtroque affectu ſtagnantium, maioribique profunditate ac diſtantia a ſuperficie, diſcriminis aliquas notas offert. Hoc enim caſu, ſola caſtratio conducit. Vltima ſpecies eſt, cum a vi externa ramus venae ſpermaticae in proceſſu ejusdem dilaceratus fuit, vnde, ſi ſanguis diſcuti nequit, incidendus eſt timor, videndum quorum vas laeſum compreſſione, vel ſtypticis, reſpectura ad conſolidationem reditus queat: quae ſi locum non habeat, itidem ad caſtrationem progrediendum.

p. 210. Sectio decima duo exempla hydrocoles in ſacco herniioſo, nimirum tunica vaginali deſtituto, quorum vtraque congenita erat, et aperto ſacco, quo quoque inteſtini aperta libera ſedilia admittebat.

p. 218. Poſteriores duae ſectiones de reliquis ſpeciebus herniarum ſpuriarum agunt, et primo quidem falſam notionem pneumatoceles Cl. Auctor euoluit, de qua iam ſuperius dictum fuit. Varicocele, ſeu diſtenſio venoſorum vaſorum ſeroti, fere ſymptoma aliorum morborum eſt, neque inde facile peculiarem attentionem exigit.

p. 219. Aliter comparatum eſt cum cirſocele, quae ſaepe cum hernia omentali coniunditur. Ab externis remediis quibuscunque applicatis, nullum vnquam ſuccurſum ſe percepiſſe, Cl. Auctor fatetur. Vnica tantum vice malum hoc vtramque funiculum affeciſſe vidit, ita quidem, vt vtrinque ne minimum quidem veſtigium teſticuli reperire poſſet, ſed tantum compreſſa quaedam membra-

Ampliſſima eſt ſectio vltima de ſarcocele, ter p. 224.
Varias
p. 230.
p. 233.
p. 248.
p. 252.
p. 271.
p. 277.

beant.

beant. Tandem probe tenendum est, etsi hernia humoralis epididymidem prius afficiat, quam illa testiculum ipsum progrediatur; tamen, qui vero scirrho vel cancro, illum etiam interdum ante,
p. 279. quam testiculus patiatur, tangi, ideoque nullum aptum distinctionis fundamentum inde peti posse.

In descriptione operationis ipsum Cl. Auctor vulnus amplum minoris planitiei, et protinus post funiculi spermatici deligationem testiculum cum scalpelli, a scroto separari iubet, prius, quam funiculus praecindatur: neque opus esse monet, ut pars
p. 288. quaedam scroti auferatur. Huius postea operandi modi, ab aliorum Auctorum praescriptis, dissensum eiusque rationes splendide exponit, eandemque suadet, vt eo in casu, quum tumor veram hydrocelen mentitur, prius pars eius anterior acu triquetra perforetur, quo de indole morbi certior constet: sibi enim ipsi aliquando accidisse narrat, vt testiculum exstirpauerit, quam praeuia hac operatione, cognitoque inde malo, se conseruaturum fuisse arbitratus est.

Tabularum aenearum, huic libro adiectarum, altera connexionem tunicae vaginalis cum albugine, altera acum triquetram sistit.

V. A

V.

A new practical Eſſay on Cancers: containing, I. An Account of their Nature, Cauſes, and different Species. II. A Detail of the general Method of Practice, commonly called rational or palliative. III. A Deſcription of the Remedies, propoſed by ſome as Specifics, but found to be either dangerous, or ineffectual; with Remarks on the ſame. IV. Is annexed the moſt ſafe, efficacious, and only certain Method of Cure, founded on Reaſon, an confirmed by Experience. To which is alſo added, a new, more ſafe, and efficacious Method of adminiſtring Hemlock; By I. BURROWS, M. D. London: Printed for the Author; and ſold by W. Owen, and I. Almon. 1767. 8. mai pag. 76. praefat. p. 16.

i. e.

Tentamen nouum practicum de cancro, cum methodo noua, ſalubriori, et efficaciori, cicutam in vſum vocandi, Auctore I. BURROWS. M. D.

Prolixior titulus huius libelli ſufficienter argumenta, in eodem quaerenda, declarat: breuiores ergo in eodem indicando eſſe poterimus, cum vniuerſa hic propoſita doctrina, de inflammatione, ſcirrho, et cancro mammarum, quae fere ſola obiectum tractationis huius ſiſtunt, noui plane nihil contineat, ſi a cenſura medicamentorum, aduerſus hos morbos adhiberi ſolitorum, receſſeris, ex quibus pauca quaedam excerpamus.

Quum

Quum ſcirrhus humoribus ſpiſſioribus originem debet, inter alios ſales aperitivos, eos iquiale
p. 33. commendare Noſtrum miramur. Si maſme venereum in cauſſa fuerit, ex omnibus mercurialibus
p. 34. remediis, potiſſimum aethiopis mineralis, deflagra-
p. 36. tione parati, vſum ſuadet. Antimonio in ſubſtantia omnes plane vires denegat, cum in corpore non ſoluatur, ideoque tincturis, ex eo paratis, vtendum
p. 45. eſſe praecipit. Symptomata cancri, ex turgeſcentia, ſeu rarefactione materiae ſcirrhoſae aut obſtruentis explicat, hancque ipſi dictam fermentationem, cum mutationibus quibusdam aliis, in natura obuenientibus, inprimis cum vegetationibus chemicis compa-
p. 53. rat. Mercurii ſublimati cum ſpiritu vini vſum prorſus reiicit, quod remedium ſimul longo antea
p. 52. tempore notum fuiſſe, quam BOERHAVIUS eiusdem mentionem fecerit, oſtendit. Belladonnae, deniti, et ipſius cicutae effectum vel nullum, vel ra-
p. 67. riſſimum fuiſſe hucuſque, prolixe monſtrat, et ipſam amputationem rariſſime effectu triſti caruiſſe docet.
p. 69. Ad veram igitur curationem efficiendam quatuor morbi huius ſpecies diſtinguit, et in venereo mercurialibus; in ſcorbutico ſeu ſcrophuloſo acidis mineralibus, et tincturis, ex antimonio paratis; in complicato, ſeu ex venereo et ſcorbutico mixtis, vtriuſque generis medicamentis alternis vicibus exhibendis; et in ſimplici, ſiue a cauſſa externa inducto, lacte caprae vtitur, cui pabuli loco cicuta poſita, vel ſi haec nondum propullulauerit, eius extractum, lactae vaccino ſolutum, datum fuerit.
p. 71. Hoc modo omnia moleſta ſymptomata, quae alias cicutae vſum concomitari ſolent, abeſſe adfirmat. Externa quaedam remedia, quorum cognitionem a medico quodam Armeniae ſe accepiſſe, quum in regionibus, orientem verſus ſitis, commoraretur, in praefatione narrat, ſummis laudibus extollit, quan-

nobis quidem videtur, venum exponit: ipse vero eorum compoſitionem, neque vel vnius numeroſiſſimarum curationum, quae iis ſe inſtituiſſe gloriatur, exemplum communicat.

VI.

An eſſay of the medical virtues of acids. By SAMUEL FARR, M. D. — London: printed for T. Cadell. 1769. 8. min. pagg. 139.

I. e.

Tentamen ſuper viribus medicis acidorum, Auctore Cl. FARR.

In prima ſectione huius libelli Cl. Auctor genera- p. 11.
lem deſcriptionem acidorum praemittit, et poſt-
diſtinctionem in mineralia et vegetabilia, va-
rias eorumque genera, oſtendit, pauca quae-
dam de acido, ex quibusdam animalibus obtinendo,
ſubiungens. In ſecunda ad effectus acidorum ge- p. 33.
nerales progreditur. Mineralia pura ſunt; cum
vegetabilibus et animalibus ſubſtantia quaedam mu-
cilaginoſa, ſeu coinbinatio olei et aquae, adiuncta
ſit, et licet ea ſimiles ſubſtantias cum mineralibus
contingere poſſit, nunquam tamen vera combina-
tio mixtionis, ſed tantum mechanica diuiſio parti-
cularum inde euaniet; ſicut e contrario nullo modo
idem vegetabile vel animale ita purum ſiſti po-
teſt, vt ad perfectionem mineralis accedat. Solli- p. 39.
citat ergo effectus acidi puri ab effectu eiusdem, cum
ſuis particulis remixti diſcerni debet: ille autem in
genere, quatenus vel in fibram ſolidam, vel in flui-
dum agit, conſiderandus eſt. Fibram, ſi vim vita-
lem ſpectes, acida irritant ac ſtimulant; ſin elaſti-
cam, corrugant et criſpant. Corrugatio cum ab

abſorptione fluidarum partium, tum ob attractionem alkalinarum proficiſci videtur. In fluidis effectus
p. 47. acidorum ſunt coagulatio et vis antiſeptica; in omnibus prioris vim ignis et ſpirituum ardentium cum iſto effectu Noſter comparat, et vtrumque in diſſipatione partium aquoſarum conuenire inter ſe ſuſpicatur:
p. 49. praeſertim cum acida ſub quibusdam circumſtantiis indolis admodum volatilis ſint, ideoque facile cum alkali volatili, in fluidis animalibus latente, coniungi, hocque ſecum in auras abrepto, maſſam ſolidam relinquere poſſe videantur. Putredinis animalis cauſſae vel ab humoribus, particulis peregrinis ac noxiis inquinatis, vel a debilitato fluidorum vigore repetendae ſunt, et in vtroque caſu acida eidem potentiſſime reſiſtunt.

P. 55. Haec omnia in ſectione tertia fuſius et ſpecialius explicantur. Praeter vniuerſalem vim excitantem, ab irritante qualitate profectam, vſum acidorum in morbis oris et viarum inprimis ſalivationem ab obſtructione oriundis, Noſter oſtendit; fundamen monet, eo reſpiciendum eſſe, ne dentibus vis inferatur, cum marmorea ipſorum ſubſtantia terreae indolis ſit, ideoque facile ab acidis ſoluenda. Quae-
p. 62. tum ventriculo cum reliquis corporis partibus, inprimis cum cute, intercedat commercium, ex eo
p. 67. probare ſatagit, quod, ventriculo delicatiore exiſtente, vel minima acidi qualitas admodum valida diaphoreſin excitat. Nimiae eiusdem quantitati
p. 70. a viribus fermentationis decompoſitae, neque ob defectum bilis correctae, colica pictonum adſcribenda eſt. Acida ſub forma clyſterum acrius purgant, ſed ob tenеſmum inde oriundum ſaepe inutilia ſunt: inde vſum eorum eſſe poſſe in paralyſi intestinorum, Noſter arbitratur. Quamquam in primis viis adeo immutantur, vt in forma propria vaſa

lactea

non intrent; possunt tamen in organis secretoriis novas mutationes subire, adeo, vt pristinam p. 74.
formam, particulis iterum inter se coniungi, influere, quod excitata inde diuresis ac diaphoresis euincunt. Vis adstringens potissimum in partibus externis sese exserit, v. c. in laxatis, contusis, p. 78.
vulneribus; idem tamen effectus suo etiam modo in partibus internis exspectari poterit. Vis coagulans in sano corpore vix euoluitur; intemperantiae autem eorum vsui concretiones polyposas tribuendas esse, nullum est dubium. p. 81.

Sectio quarta specialiores morbos disquirit, in quibus acidis vtendum sit. In febribus inflammatoriis efficaciam eorum Noster forte qualitati se- p. 85.
datiuae, a stimulante profectae, cum omnia sedantia vehementissime stimulant, quod opii exemplo p. 88.
patet, virtuti refrigeranti et resoluenti obstructiones in vasculis minimis, ac denique putredini resistendi eamque corrigendi, adscribi oportere existimat. Posterior potissimum effectus in febribus malignis manifestus est; sed multo maioribus dosibus opus esse Noster docet, quam nunc solemnes sunt, cum quinquaginta guttarum spiritus vitrioli, cuibus vnciis aquae temperatarum, non nisi quingentesima pars, singula vice in venam subclauiam peruenit; neque eorundem vsum externum posthaberi debere in cataplasmate, fumigatione, clystere, odoramento. Ad horum morborum febrilium nor- p. 96.
mam etiam vsus acidorum in variolis diiudicandus p. 101.
est, eo tamen respiciendum, ne solida nimis firma et rigida, fluida nimis immobilia ac densa, et eorum circulus nimis languidus sit; quae attentio quoque in praeparatione ad inoculationem locum habere debet.

p. 114. In febre lenta, quatenus acida conueniant, ea
dua res dictu est. Licet enim ob irritationem ip-
nea videntur resoluendae obstructioni, quae illa
saepius efficit, tamen rigiditas solidorum et ari-
tas, visciditas atque inertia fluidorum, quae saepe
in morbo hoc adsunt, eorum vsum suspectum red-
dunt. Alia res est, vbi sanguis magis dissolu-
est, aut pus tussi reiectum, aliaque symptomata
ram hecticam iam adesse euincunt. Licet in mul-
hoc aegri statu vix vnquam curatio perfecta ab ea
p. 123. exspectari queat. In asthmate ex tussi simili natum
vtilitas ab iis cum interne, tum externe, sub for-
cis cataplasmatis, suffimigii cet. adhibitis, expe-
ctanda est, cum inde glandulae bronchiales fortifi-
tur, fibraeque, irritatis, remotio muci praeter natu-
ram congesti et restauratio viuidae earum actionis
p. 125. praestetur. Hac occasione etiam in transitu No-
mochet, acetum vini, ob admixtas partes mucilagi-
nosas, huic fini obtinendo minus idoneum esse, ac-
que potius acidis mineralibus potiorem partem tribui
oportere, cum per se, tum in coniunctione cum
aliis remediis: ipsique persuasum esse, si ope acidi
sciliticum ipsum, si ope acidi mineralis dulcificum
praeretur, palato multo gratius fore. In diarrhoea
et dysenteria, quae a pituita acida in primis viis
haerente oriuntur, si illud a putrida fermentatione
fructuum maturorum et bene digestorum orta
fuerit, acida mineralia commendat Nostr., quod
eorum virtute aer elasticus, fermentatione natus,
tus, destruatur et fixior reddatur. Quod autem
frequentius isti alui fluxus putridae indoli esse co-
gnoscuntur, latius etiam in iisdem acidorum vsus
patet, cum in inuertenda et euacuanda putrida ma-
teria, tum in irritandis vasis, quo contenta eiiciant,
atque in roborandis eorumdem tunicis.

in morbis chronicis acidum vitupati obstare p. 132.
a causa inerti et non stricta solutionem
sua, stimulum indupinferendum expostulam
Crebro etsi hac theoria fundati eodem
dimus, ea tamen mors dolenda est, quae ipsos
non ferat, v. c. hydropi, rheumatismus, arthri
calculus: et licet ubi potentiores resolventi
in conspicuum, in pulsatili morbo haud pa
vilitatis inde exspectandum videatur; difficilia
tamen, imo impossibile est, eadem non in
ad vias urinarias deferri. Urinarius ergo no
in morbis chronicis visus cum demum sequi p. 136.
eum organa digestionis adiuvantur: neque ita
expectandis variis haemorrhagiarum generibus p. 137.
commendatus erit.

VII.

Physiological Essays and observations, by JOHN
STEDMANN, M. D. Fellow of the Royal Col-
lege of Physicians in Edinburgh. Edin-
burgh: Printed for A. Kincaid and J. Bell, and
T. Cadell. London, 1769. 8. mai. pagg. 145
tabb. aeri incisae 4.

Physiologica tentamina et observationes, Au-
ctore IOHANNE STEDMANN, M. D.

Tentamen primum de diuresibus pulsuum ex-
ponit. In diiudicanda actione arteriarum, a
laxatis regulis recedente, ad eam vel iusto rapi-
dam, vel minorem dilatationem, et ad eius pulsus
tes vel iusto frequentiores, vel rariores, relapsa
oportet: hae facilius disquiruntur, quam illae, fre-
quentius etiam a solito aberrant. Mensura igitur

p. 5.

cum dilatationis, tum pulsationis opus est, si generi quaedam stabilire voluerimus. Inde pulsus magnus dicit Nostri, quum arteria vibrationibus excedit dilatationem naturalem, numero pulsationum mensurae vel aequali, vel eadem minore; parvus, quum arteria infra naturalem mensuram dilatatur, pulsationum vero numerus maior, vel aequalis priori mensurae; fortem, quum arteriae dilatationi et numero pulsationum simul mensuram excedens; et debilem, quum dilatatio naturali minor, numerus vero pulsationum mensurae vel aequalis, vel minor eadem. Cum vero dilatatio arteriae saepe adeo exacte definiri nequeat, ad primam classem pulsus frequens et rarus adhuc referri debet, earum numero pulsationum mensuram vel excedens, vel non attingente, extensione tamen arteriae ad sensus non mutata. Has differentias in adiecta tabula aeri incisa, curiosius delineare annititur Cl. Auctor, in qua duae lineae parallelae, prout magis vel minus a se invicem distant, diversos dilatationis arteriae gradus denotant, et vndae intra has descriptae, prout vel altiores vel profundiores, vel longiores vel breviores, vel latiores vel artiores sunt, additis simul numeris, pulsationes designant. Docet postea, in quo pulsus magnus a forti, et parvus a debili, differat, et aliud pulsuum genus prioribus adiungit, nempe plenum, quum in systole diameter non ad iustum gradum contrahitur, quod a plenitudine vasorum seu plethora proficiscitur: qui quidem bene a pulsu magno distinguendus est.

p. 7.

p. 8.

p. 10.

p. 17. Septem ergo hos pulsuum classes, cuinam status corporis potissimum competant? fusius exponit; quae tamen omnia hic repetere instituti nostri brevitas nos prohibet: ac postea ex istis pulsus compositos declarat, nempe mollem ac durum, celerem ac tardum, acutum et obtusum, dicroton, intermit-

p. 22.

ten-

[illegible], aliasque species magis fictas, quam veras addit, nempe formicantem, qui minimus gravi parui; vermicularem, qui debilis sit; et vndosum, myurum, et caprizantem, qui vel ab inaequali p. 23. pulsione digitorum, vel ab inaequali situ diuersarum arteriae partium oriatur. Aptius pulsus dicitur, si digiti primum arteriam eiusque compri- p. 24. mant, vt circulationem sanguinis in ea quasi incarceratae videantur: posteaque per gradus eluctetur, vt tandem tactus nonnisi superficialis reddatur, seruato simul calore naturali manus disquirentis. Incertum [illegible] gradus caloris naturalis ex pulsu defumitur p. 26. atque disquisitionem pulsuum in statu sano cor- p. 29. poris maximopere commendat Cl. Auctor.

Tentamen secundum de menstruatione agit. p. 33. Originem huius Cl. FREIND in plethora menstrua, p. 34. efficiente perspiratione vriuda, ponit, hancque debiliori solidorum structurae tribuit; vltimam vero statum plethoram istam efficere non posse, variis argumentis Noster demonstrat, nimirum quantitatem materiae perspirabilis, quae, computo facto, singulo die retinenda esset, nullo fere symptomate; sit autem ad duarum circiter librarum, ex FREINDII sententia menstruationis tempore excernendarum, pondus per mensem ascendat, et omnino pessima producturam; vero simile non esse, vt ad nutriendum fetum natura vtatur defectu reali, nimirum defectu virtutis expellendi fluidum excrementitium: sanguinem istum purissimum esse oportere, qualis tamen fere non sit: inclescente aetate, cum functiones vitales omnes debilitentur, ideoque perspiratio quoque minuatur, necessarium fore, vt fluxus menstruus tunc augeatur potius, quam supprimatur: feminas in regionibus borealibus nonnisi aestivo tempore menstrua pati. Falsum etiam esse asser-

p. 40. affertum [illegible], in plethora ſpiritus animales augeri, indeque actionem cordis et velocitatem ſan-
p. 46. guinis incitari. Potiorem autem cauſſam Noſter in plethora partiali ponit, quae a copioſis ramificationibus vaſorum, ad arteriam vicinasque ei partes tendentium, et multitudinem harum ramificationum in reſpectu ad paucitatem truncorum majorum, a quibus oriuntur, pendet: ex qua conditione non poteſt non inſignis retardatio fluidi, per has partes meandi, proficiſci. Ab ipſa hac in adeo tenuem
p. 48. ramulos diuiſione debilitas vaſorum repetenda eſt, facile ideo impulſui fluidi maiori et ſubito cedentium: accedit ſtructura ramorum venarum ſpermaticarum, quae in proportione ad arterias amplae ſunt, valuulisque deſtitutae, adeoque omnino actioni arteriarum magis reſiſtunt. Si igitur ex his cauſſis ſanguis in minimis vaſculis ſtagnet, ab eaque
p. 53. corruptione immunis manere nullo modo poteſt, acrimoniam ergo adeptus, vaſa ſtimulat, et, cum novus a tergo ſemper accedat, tandem, vtraque haec cauſſa cooperante, ex orificiis arterioſis in cauum uteri ac vaginae excernitur, donec, vaſculis collapſis, tonus priſcus redeat, et fluidis, per has partes meandis, iuſta velocitas reſtituatur.

p. 54. Similis fere ratio eſt fluxus haemorrhoidalis
p. 56. periodici. Inde Cl. Auctor copioſe docet, ſanguinem menſtruum, licet arterioſus ſit, neutiquam purum eſſe habendum. His tamen omnibus ſolutis, difficilis quaeſtio eſt cur haec extretio non niſi
p. 64. pubertatis demum tempore accedat? A ſolo incrementi corporis abſolutis certe non pendet, cum illud adhuc continuari videamus, licet fluxus menſtruus iam inceperit. In genere defectus incrementi corporis non proficiſcitur a maiori firmitate partium, ſed a mole et pondere eius in proportione
p. 67. ad vim potentiae mouentis. Ad explicandam ergo

huius

ſuae rei cauſſam Cl. Auctor aptitudinem, ſeu diſpoſitionem quandam naturalem vteri ad ſanguinem menſtruum recipiendum aſſumit, quae ante feminum pubertatis in eodem non adfuerit, pariter ac alias mutationes corporis humani, certis aetatis vitae periodis peculiares eſſe, perſpicimus. Inritalem porro plethoram ex vteri fibris deducit, et exinde ad abſorbentem quandam vim vaſorum eiusdem concludit, atque ad illuſtrandam hanc opinionem exempla feminum plantarum vtitur, quae non, niſi tum, cum perfecte matura ſunt, aëri et humiditati expoſita hunc attrahunt, turgeſcunt, et germinant, idque non ab externis tantum iſtis cauſſis, ſed etiam ex interiori ipſis propria ſtructura. p. 73. p. 74.

Ex hac theoria tranſitus fit ad morbos vteri, eorumque et curationem fluxus menſtrui impediti aut ſuppreſſi, docenturque, in obſtructione pertinaci arterum vel deſtitui facultate abſorbendi ſanguinem ex arteriis adiacentibus, vel, hac etiam facultate adhuc quodammodo ſubſiſtente, tamen deeſſe vim propellendi et excernendi eundem: indeque conſtituendum eſſe diſcrimen inter vſum remediorum reſoluentium et ſtimulantium, neque ideo cauſſam emmenagogum ſpecificam. Cauſſam, cur interdum matres imbecilles, vel morbo affectae, infantes ſanos et vegetos vtero gerant, et in lucem edant, ſuo quoque modo ad theoriam de virtute abſorbente vaſorum vterinorum refert, et ſanguinem in vaſis placentae percolari quaſi ac deputari putat, vt ſalubrior et nutritioni fetus aptior euadat. p. 78. p. 82. p. 90.

Tentamen tertium de auxiliis menſurandi proportionales quantitates caloris differit, quorum tamen neque breuis ſatis et concinna, neque perſpicua notio hic exhiberi poteſt, quum vix ſine p. 95.

inſpectione figurarum additarum mens Cl. Auctoris ſatis capietur. Ad inueniendam determinandamque proportionem caloris aeris per ſe, varios gradus caloris artificialis effecit, dum peculiari apparatu quatuor, ſex, vel octo candelas ſebaceas vnius eiusdemque formae, conſiſtentiae atque magnitudinis circa thermometrum in aere libere pendens ponit, eaſque vno tempore, vel propius ad centrum totius apparatus, ſuper quo thermometrum pendet, adducit, vel magis ab eodem remouet. Hanc modum determinandi caloris gradus, ad varia poſſa phaenomena accuratius inueſtiganda applicari poſſe declarat. In addita protinus ab initio huius tractatus notula demonſtrat, DRENNELIUM non poſſe dici, inuentorem thermometri, cum illud vel anno 1620, vel tardius adhuc ab eo inuentum fuiſſe conſtet; SANCTORII vero aphoriſmi 1614 in lucem prodierint, quem quidem thermometri vſum cognouiſſe, ex ipſis eius ſcriptis vero ſimillimum ſit.

p. 105.

p. 123. Tentamen quartum, idque vltimum, inſalubres conſtitutiones aeris expendit, quae a defectu ventorum, maiori impetu accedentium, exoriuntur. Exemplo viciſſitudinis tempeſtatum, a menſe iulio 1732 vſque ad decembrem 1735 obſeruatarum atque inter ſe collatarum, oſtendit Cl. Auctor, mutationes, in barometro, thermometro et hygrometro conſpicuas, tanti momenti non fuiſſe, vt iisdem morbi epidemici graviores non Edinburgi tantum, ſed et in pluribus Europae regionibus, quin in ipſa America duobus modo memoratis et proxime inſecutis menſibus graſſati, adſcribi potuerint; ſed veram ipſorum cauſſam in defectu ventorum vehementiorum, eo ipſo tempore obſeruato, poni oportere, praeſertim tunc validiores effectus edituram, cum

corpora magis ad morbum ſuſcipiendum idonea ſint, minuſque roboris habeant ad eidem reſiſtendum: ſimilem etiam morbum, antequam Edinburgi incolas inuaderet, epidemicum inter equos graſſatum eſſe cet. Frequenter etiam contagium morboſum, per naues in aliquam regionem delatum, putari, ad quod tamen euoluendum depuratio aeris, minus rite procedens ob ventorum defectum, plus contuliſſe iudicanda ſit, quod inprimis recentiſſimo exemplo peſtis, quae Meſſanam anno 1743 depopulata eſt, demonſtrat, quam a naue Genuenſi infectam dicebant; cuius tamen potiorem cauſſam ſequentioribus auſtris et coelo nubilo, funeſtum hoc morbum praegreſſis, et ipſo iam ſaeuiente adhuc praeſentibus, adſcribit. p. 137.

VIII.

IOANNIS ANTONII SCOPOLI Phil. et Med. Doct. S. I. R. et Apoſt. Maieſt. Mont. Ciuit. Idriae Phyſici, Chem. et Metallurg. Profeſſor. Supr. Offic. Min. Ibid. Aſſeſſor. Soc. Oecon. Luſat. Sup. nec non Caeſ. Reg. Agric. Styriacae, Gorizenſis et Labacenſis Socii Annus I. hiſtorico - naturalis. Lipſiae. ſumtibus Chriſt. Gottl. Hilſcheri 1769. 8. pl. 10½. Annus II. ibid. eod. pl. 7½. Annus III. ibid. eod. pl. 7.

Cel. huius operis Auctor, cuius in variis hiſtoriae naturalis capitibus doctrinam, pluribus ex ſpeciminibus iam perſpectam habet eruditus orbis, apud ſe conſtituit, ſuas ad ſcientiam naturalem et agriculturam pertinentes obſeruationes, ſingulis annis, publici iuris facere.

Ordi-

Ann. I. Ordiatur vero primum annum historico-naturalem *) a specimine ornithologiae, in quo quas aut ipse in museo conseruat, aut in viennensi Caesareo et Museo Turriano Viennae visit, describuntur. Quo in labore ad ill. quidem LINNAEI systematis ordinem progreditur, ita tamen, vt in generum et specierum enumeratione aliqua adhibita sit mutatio. Et primo nouas quasdam constituit genera, quae ill. LINNAEUS non habet, deinde etiam
p. 78. quoque ex Kleinianis introduxit. Nouis illis addit *Viam* Cl. BRÜNNICH et *Anserum* genus. Distinguitur a colymbo, cui vicinum est genus, rostro paene minime dentatis, digitis omnino palmatis. Ad *Ploti* vero genus Kleinianum potius referendum esse videtur species illa vnica *Viae Lomsia*, quam BRÜNNICHII ornithologia hic adduxit Cl. Auctor, et quae apud LINNAEUM *Colymbus Troile* vocatur.
p. 110. Aliud nouum genus *Trachelia*, Cl. SCOPOLI ad *Grallarum* retulit ordinem, cum apud LINNAEUM in *Passerum* ordine sit, vbi vnica huius generis Scopoliani species *Trachelia pratincola* ad *Hirundines* refertur et *Hirundo pratincola* vocatur. Ipse Ill. Auctor auem hanc, a KRAMERO olim descriptam, mediam inter *hirundines* et *grallas* dicit, ob
p. 154. feminuda. *Syluiae* nomen genericum imposuit Cl. Auctor

*) Huius anni versio germanica prodiit Lipsiae 1790. 8. Auctore Cl. F. C. GÜNTHER Med. D. Archiatro Coburgensi et Practico Cahlensi, qui, cum rem auium collectionem possideat, et in ornithologia non leuiter versatum se praestet, notas egregias addidit, in quibus vel mentem Auctoris explicat, vel de victu, habitaculis, et moribus auium differit, vel characteres a Cl. SCOPOLI prolatos emendat. Promisit se ceterorum annorum translationem moliturum, quod optamus, cum id non sine vsu in augenda historiae naturalis et agriculturae studio fore speremus.

situr nonnullis *Motacillae* speciebus, quae ex eo quod arboribus insideant, vocemque in volando edant, ab illo genere diuelli non debere credit. Ex his sunt *Luscinia*, *Curruca*, aet. Ex Klein- p. 67.
io sumpsit Cel. Auctor *Brissonis* genus, quod a Turdis rostro attenuato, et digito postico per totam validum, tenuem, membrana subtus aduatum, terminato, distinguitur. Species, quas huc adhuc omnes, subdivisione facta, inter *Turdos* comprehendit LINNAEUS. *Platei* genus ad KLEINII descriptionem idem stabiliuit, vt a *Motacilla* rostro p. 72.
vtrinque edentato diuersum.

Deinde Cl. Auctor varia genera notis quoque suis ita explicauit, vt genus *Strigis*, *Colymbi*, *Ardeae*, *Rallii*, *Tetraonis*, *Emberizae*, *Fringillae*, *Motacillae*; nec non quasdam Linnaeanas species alio generibus subiecit. Sic *Cursum pyrrhocorax* et *graculum* LINNAEI, Cel. Auctor pro vna specie, diuersis anni temporibus colore pedum varians, habet, et ad *Graculos* genus refert, vti *Dioscoridem crotophagum* LINNAEI ad *Hirundines* transtulit. Porro *Sternae nigrae* LINNAEI ad *Laros*, et *Recurvirostra avocetta* LINNAEI ad *Scolopaces* adiuncta est. p. 40. p. 74. p. 82. p. 92.
Turdum roseum LINN. *Sturnorum* generi inseruit. *Fringillam* autem *Cardueliem*, et *Spinum* LINNAEI *Emberizis* adnumerauit. *Sturnus cinclus* LINN. nunc ad *Motacillas* pertinet. Caeterum descriptiones omnium harum auium accurate elaborauit, differentias apposuit, et synonyma quoque et nomenclaturas Carniolicas, Germanicas atque Italicas addidit. p. 130. p. 144. p. 152.

In Secundum annum iter Goritiense et Tyrolense, atque obseruationes de Cucurbita pepone et de Lichene Islandico viribus medicatis continet. Seppii prioris itineris vbi agraria fuit. Pauca in eo animalia Ann. II. p. 7.

malia, nullae vero plantae describuntur, quas *Flora Carniolica* Auctor Cl. inseruit. Passim observationes nonnullae mineralogicae communicantur, p. 9 de *humo atra* (quam chemice Cl. Auctor examinavit, et, eam ex argilla particulis martialibus et p. 20. flammabilibus copulata esse, reperit) de terra p. 28. quadam martiali *Medesensi* rubra, de *Corallitis petrificatis* cet.

p. 37. Observata in itinere Tyrolensi secundum familiarum naturae ordinem describit Noster. *Salsola alpinum*, *salsuginosum* et *salsolinum* L. distincta species dubitat. Plantae, quarum descriptiones p. 41. communicantur, sunt: *Pederota* (Bonarota MICHELII) *coerulea* et *lutea*: *Veronica saxatilis*, *spuria* et *bellidioides*; *Valeriana montana*; *Thesium alpinum*; *Rhamnus saxatilis* et R. *Lycium* (graine d'Avignon); *Campanula barbata*, *rotundifolia*, *linifolia*; *Phyteuma haemisphaerica*, *pauciflora*, et *comosa*, varietates tantum sunt vnius eiusdemque plantae, quae solo natali pendent; *Laserpitium latifolium*; *Allium schaenoprasum*; *Hemerocallis Liliastrum*; *Daphne Cneorum*; *Saxifraga stellaris*, *autumnalis*, *caespitosa*; *Saponaria ocymoides*; *Sempervivum arachnoides*; *Potentilla Tyrolensis*, et *aurea*; *Cistus tanus* et *tomentosus*; *Anemone Flemmensis*; *Ajuga pyramidalis*; *Melissa Pyrenaica*, quam LINNAEUS ad *Hormini* genus refert; *Clypeola alyssoides*; *Iberis rotundifolia*; *Geranium cicutarium*; *Vicia sylvatica*; *Hedysarum Onobrychis*; *Astragalus Cicer*; *Lotus siliquosus*; *Scorzonera humilis*; *Andryala aurea*; *Hieracium alpinum*; *Crepis arenosa*; *Cirsium Britannicum*, *defloratum*, *acaule*, *spinosissimum*, et *Erysithales*; *Gnaphalium leontopodium*; *Tussilago alpina*; *Senecio alpinus*; *Aster alpinus*, et *Bellidiastrum*; *Orchis nigra*; *Pinus Mughus* et *Cembra*; *Salices alpinae* duae; *Acrostichum septentrionale*; *Lichen miniatus* cet. His plantarum descrip-

ſcriptionibus annexa ſunt varia corpora mineralia, p. 69.
inter quae Cl. Auctor aliquas in hoc itinere obſer-
vationes facere potuit. Inter illas examen chemicum
Aſphaltis ſpumae lupi reperitur, ex quo patet ineſſe p. 73.
huic lapidi terram ferriferam, irreducibilem, prin-
cipium terreo ſpecifico ac forte alcalino vnitam, quae
cum *terra* vitreſcibili ſtrias radiosque, in mine-
rali hoc corpore occurrentes, conſtituat, abſque
vllo arſenici aut ſulphuris mineralis additamento.
Hinc putat non omnem ſpumam lupi ferrum aut
cuprum et arſenicum continere, vt vetus minera-
logi opinati erant. Obſervationes oeconomicas omi- p. 97.
timus. His addita ſunt varia, quae botanicam de-
ſcriptionem et culturam Cucurbitae peponis ſpe-
ctant. Tandem de viribus medicis lichenis Islan- p. 107.
dici varia Cl. Auctor monet. Eo non ſolum ſues,
equi, et boues intra breue tempus ſaginantur, ſed
et cum lacte decoctus in phthiſi, rachitide, cachexia,
ob vim nutrientem et roborantem egregios effe-
ctus praeſtat, quod pluribus obſervationibus hic
confirmatur.

Initium anni tertii hiſtorico naturalis facit ſolu- Annus
tio quaeſtionis, an, vt PLINIUS (L. 29. Cap. I.) III.
aſſerit, medici olim Romae pulſi ſint, et Romani per p. 5.
ſexcentos annos medicis caruerint? quod nun-
quam factum eſſe Cl. SCOPOLI aſſerit. Oſtendit
vero primum variis Auctorum celeberrimorum te-
ſtimoniis et exemplis Plinianae hiſtoriae nullam
fidem deberi; deinde probat medicos intra tempo-
ra, a PLINIO commemorata, ſpatium Romae fuiſſe;
CATONEM, cuius auctoritatem PLINIUS aſſert, hono-
rifice de medicis ſenſiſſe; legem porro Aquilium PLI-
NIO obſtare; plures epidemicos morbos Romae ſae-
viſſe, in quibus Romani vſi ſint medicis; templa illos
APOLLINI, AESCULAPIO et ſaluti erſtruxiſſe; imo
AESCULAPIUM ipſum Romae fuiſſe cet. Quibus

omni-

omnibus catalogum aliorum medicorum, Romae ad gentium addit, in quo ii inprimis commemorantur qui a Iulio Caesare ad Hadriani tempora in eadem
p. 28. vrbe floruerunt. Secunda huius anni commentatione luis bouillae symptomata, causas, mutationes, ac remedia praeseruatiua et curatiua Auctor describit. *Luem bouillen*, quam veteres *μαλὶς* vel *μαλὶς* dixerunt, febrem inflammatoriam contagiosam Auctor Cl. vocat. Huius quatuor species veteres fecerunt.

1) *Serosam* scilicet, quam Germani (*den schwarzen Brand*) s. gangraenam nigram vocant, in qua plerumque totus vel viscidus humor ex ore et naso fluit.

2) *Siccam*, quae et (*die Brüne*) brunella vocatur, in qua nullum ex ore et naso stillicidium apparet.

3) *Articularem*, s. inflammationem articulorum, (*die Knochenentzündung.*)

4) *Cutaneam*, s. gangraenam calidam, (*der heiße Brand.*)

Serosa vero triplex est, *maligna*, *anginosa* et *pulmonalis*. Priorem LANCISIUS descripsit, in qua boues, quasi fulmine tacti, subito intereunt, quae in animalibus effoetis tantum ac debilioribus occurrit. *Anginosa* cum pustulis et vlceribus in lingua, et effluxu sani ex naribus, coniuncta est. In *pulmonali* omasus indigesto pabulo repletus est, tussis animal molestat, et saepius pulmones varie modo laesi sunt. His praemissis, de causis, progressum luis fouentibus, signis mutationis in mortem vel salutem, et remediis variis praeseruatiuis et curatiuis agit. Inter praeseruatiua numerantur phlebotomia, sal culinare, nitrum, fel vitri, decoctum herbarum amaricantium v. c. cardui benedicti, aet. quo multos a lue praeseruatos fuisse boues Cl. Auctor notat. Quod ad curationis methodos attinet plurimas tum ex aliis tum ex propriis obseruationibus hic adducuntur. Inter illas est una ab Ill. AVICENNIO in epistola magn-

ſcripta commendata. Ex conſilio vero eius, ſimulac prima morbi ſigna ſe manifeſtant, (caput ſemper pendulum, oculi triſtes, ceſſans ruminatio) ſalutaris remedium per infundibulum infundatur ſenſim in fauces: Recipe vitrioli albi vnciam ſemis, aquae vncias tres, aquae purae libram vnam ſemis, fiat. Potus copioſus quoque tepidus ex decocto hordei detur, et idem remedium per tres dies repetatur. In adulto morbo nocet. Remedio hoc exhibito, potus copioſus ſolus, reliquam curam abſoluit, cui acetum addatur, vel in quo fructus acidi decoquantur. Sequuntur obſeruationes de coeruleo Berolinenſi, aliisque laccis. Experimenta, a Cl. Auctore fuſius hic deſcripta, probant, principia conſtitutiua coerulei Berolinenſis eſſe oleum animale tenuiſſimum, alcali volatile, particulas martiales, et terram aluminis: a nimia copia particularum martialium colorem nigrum oriri, eumque, particulis his ab acidis ſolutis, quoque diſſipari, et coeruleum denuo redire: ſuperfluum denique acidum impedire, ne color coeruleus praecipitationis tempore ſtatim ſe prodat. In obſeruationibus de laccis experimenta refert, quae demonſtrant, terram aluminis a phlogiſto vegetabili certis ſub conditionibus colorari, differentiam vero coloris a differentia principii inflammabilis oriri. Vltima denique huius anni commentatio experimenta circa mineram auriferam Nagyayenſem continet. Notum eſt plurimos mineralogorum, et HENKELIUM inprimis, aſſerere, aurum non, vt vocant, mineraliſari, ſed ſemper natiua ſub forma mineris, e quibus educatur, ineſſe, quamuis ob paruitatem auri puncta non ſemper nudo oculo conſpici queant. Hoc vero falſum eſſe, aliqua minerae ſpecies, quae in Transſylvania circa *Seckeremb* non procul a *Nagyay* reperitur, probat, ex qua, licet ne minimam auri natiui por-

p. 67.

p. 76.

p. 79.

tionem contineat, insignis tamen auri copia fusionis ope educitur. Constat autem laminis nigricantibus, tenuibus, nitidis, quae quarzo solido inhaerent *).

p. 107. Ex tentaminibus, quae cum ea Cl. Auctor instituit, concludit: esse eam galenam lamellosam, seu terram plumbariam, modice sulphuratam, principibus auri et argenti, nec non martialibus particulis intime nuptam, quae volatiles partes plurimas contineat, aurumque et argentum, quod ex ea obtineatur, non eductum, sed productum esse.

*) Prima mentio huius rarissimae minerae, quae imprimis ex liberalitate Ill. DE BORN, qui rebus metallicis in Bohemia nunc summa cum laude praeest, mineralogis exteris cognita reddita fuit, facta est in libro, inter nos rarissimo, cuius titulus est: *Mineralogia magni principatus Transyluaniae, conscripta*, a IO. FRIED. WALSKY S. I. Sacerd. Claudiopoli 1767. 4. p. 81. qui in ea cum antimonio aurum mineralisatum esse credit. Experimenta, quae in libro Cl. SCOPOLI, de quo iam ad lectores retulimus, continentur, Cl. SCHREBERUS breui de hac minera commentario inseruit, qui in EIUSDEM *Cameralschriften* T. II. p. 128. reperitur, cui nonnullae obseruationes et emendationes, a Cl. BRÜNNICHE factae additae sunt. Post Cl. SCOPOLI idem Cl. BRÜNNICHE in noua, quam curauit, mineralogiae Cl. CRONSTAEDT in germanicam linguam translatae editione, huius minerae mentionem fecit, et Cl. SCOPOLI sententiam sequutus est. Cl. vero DELIUS in eleganti libro: *Abhandlung vom Ursprunge der Gebürge* etc. qui Lipsiae 1770. 8. prodiit, p. 122. seq. probat: aurum cum antimonio mineralisatum in hac minera esse, eaque occasione etiam de pyrite aurifero Facyebanensi egregias obseruationes profert.

IX. Ex-

IX.

Experimenta circa naturam bilis. Dissertatio praeside IACOBO REINBOLDO SPIELMANN. Resp. *I. M. Roederer*. Argentorati. 1767. 4. Pl. 8.

Praemissis generalioribus de bilis secretione et variis qualitatibus, odore, sapore, colore, viscositate, grauitate, sententiam Cl. PRINGLE *) exercet Cl. Auctor, qua ille verum inter alcalinas et putridas substantias discrimen dari, et harum efflu- p. 10. uia phlogisto, cum salino principio, certa lege commixto, tribuenda esse autumat. Cum his opposita Cl. GABERI experimenta comparat; qui omnes corporis animalis partes calori thermometri REAVMURII 25 gradus ad 28 expositas, cum omnis generis acidis efferuuisse testatur. Ipse quidem GABERUS experimenta Pringliana ita interpretatus est, vt tempus; quo nascereturalcali, et quo in auras euolaret, celerrime sibi succedere diceret, ideoque illud spatium temporis, quo efferuescentia oriri potuisset, breuissimum fuisse. Attamen Cl. Auctor, repetito omni cum cautione ex- p. 14. perimento, nihil horum obseruare potuit, donec Cl. SPIELMANN in sanguine bouino, cui vitrioli spiritum affunderet, veram efferuescentiam ostendisset. In bile autem, testante iam MACBRIDE, horum nihil vnquam accidit.

Reposuit bilis bubulae diuersas quanti- p. 18. tates cum variis corporibus naturalibus in vasis separatis. Et neutra quidem salia fundum vasis subito petierunt; tartarus tamen vitriolatus tardius,

 nitrum

*) vid. EIUSDEM appendix (to the Obseruations on the diseases of the army in Camp and Garrison) containing experiments upon septic and antiseptic substances. Lond. 1753. Paper. VII. Exper. 43. p. 384.

nitrum celerrime, pelluciditate non turbata. Terra absorbens fundum item petiit, et pelluciditatem
p. 20. liquoris restituit. Quae corpora cum per aliquot septimanas cum bile committeret, veritatem, asserti Pringliani agnouit: alcalia fixa et volatilia aeque ac acida putredinem non vrgere, sed arcere potius; terras, e contrario absorbentes, septica vi eandem imminentem accelerare.

p. 22. Gradus caloris naturali maior, ebullitione minor, exhalata liquida bilis parte, *sapam*, i. extractum eius efficit, quod in libero aere molescit, putredine tamen non corrumpitur, in calore liquescit, igne inflammabile, in aqua solutum, biliosam naturam iterum induit.

p. 23. Destillatione bilis humanae drachmarum trium et scrupulorum duorum pondere Cl. Auctor obtinuit: 1) liquoris insipidi mediae naturae drachmas duas. 2) Spiritus vrinosae naturae, cui etiam multum olei adhaerebat, scrupulos duos. 3) Olei adusti circiter grana octo. 4) Carbonem nigrum, ex quo magnes multum attrahebat, et qui elixiuatus purum alcali prodebat, ex cuius praesentia Auctor acidum quoque inesse iudicat, cum omne alcali ex acido igne producatur. Bilis putridae, destillationi subiectae, eadem plane ratio fuit.

p. 26. Acidum bilis principium ope vrinosi alcali expellere frustra tentauit; nec melior successus eius experimenti fuit, quo alcali volatile, addito tartaro vitriolato, e bile, destillatione, expellere crediderat, attamen in ea operatione hepar sulphuris nactus est. De sanguinis venae portarum et cauae differentia, et varia particularum salinarum et oleosarum proportione, ex instituto experimento certior factus non est. Dehinc ad experimenta, sine igne, cum diuersis liquoribus progreditur, ex quibus sequentia notamus: acida mineralia concentratissima ebullire faci-

ſciant bilem, eiusdem colorem mutant; nitri acidum id peculiare oſtendit, vt quaſi fermentationem produxerit, in qua depoſitum coagulum ad ſuperficiem vaſis attolleretur, vbi ſpumae inſtar liquori, caeterum claro, ſupernataret. Quod phaenomenon Cl. Auctor a partis inflammabilis bilis cum acidi phlogiſto pugna deriuat.

Ex liquore, a praecipitatione per acidum vitrioli reſiduo, duplices cryſtallos, alias ſali mirabili Glauberi analogas, alias plumoſas, quaſi ſelenitis, obtinuit Cl. Auctor. Nitri acidum cryſtallos, ſale cubico ſimiles, largitum eſt. Salis denique acidum eas, quae ſali culinari accederent. Concludit exinde, alcali minerale in bile eſſe, quod a ſale marino, per varias vias in corpus ingeſto, deriuet. An vero illud medium ſal integrum, an quoad partem tantum alcalinam in ſanguine reſidet, per vſtulationem determinare cupidus, carbonem, ab ea operatione reſiduum, elixiuando, cryſtallos iterum duplices, cubicas nimirum decrepitantes, et oblongas in aere fatiſcentes, (ideoque ſalis mirabilis aemulas) nactus eſt, quod aut ab acido catholico, quod in ſalis acidum mutatum fuerat, in corpore iterum reſtituto, aut a noua acidi vitriolici e terra et aqua productione, ortum eſſe coniicit. p. 35.

Coagulum bilis, ab acidis mineralibus relictum, naturam reſinae ſiue gummireſinae induit, et, pro varia acidi indole, magis minusue in aqua ſoluitur; vinum autem, alcohol, et alcalia illi pro menſtruo ſunt. p. 39.

Vegetabilia acida bilem minori cum violentia mutant, ſi acetum, ab aerugine deſtillatum, excipias. Reliqua autem, ſi a craſſiori bilis coagulo ſeparaueris, maſſam melliformem, in ſpiritu vini et aqua perinde ſolubilem, cui nihil ſalini inhaeret, relinquunt. Cum bile bubula capta eadem experimenta, p. 41.

idem penitus largiuntur. Alcalia bilem aeque
p. 42. ſoluunt, ſed tardius, quam acida. Volatile alcali, dum attollitur, partes aquoſas bilis abripit, et magma ſpiſſum cum ſalinis particulis adhaerentibus relinquit. Vegetabile alcali, ob diuerſam ergo oleoſam et aquoſam bilis partem affinitatem, ſolutionem, in duplicem portionem ſecedentem, obtulit, oleoſam, et aquoſam; quarum haec duplicem denuo cryſtallos, oblongas, et cubicas depoſuit. Putridae bili admixta alcalia idem plane docuerunt.

p. 43. Colorem, quem mixtus cum bile violarum ſyrupus prodit, viridem, Cl. Auctor non pro alcalinae indolis ſigno habendum eſſe exiſtimat, cum potius a colore bilis liuido, cum coeruleo ſyrupi
p. 44. mixto, producatur. Fermentati vegetabilium liquores adhibiti minus conſtantia phaenomena dederunt; ſiquidem vinum acidum vegetabile imitatum eſt; cereuiſia, pro vetuſtate, magis minusue bilem mutauit; ſpiritus vini bili ſe miſcuit; alcohol volatuoſam maſſam praecipitauit.

p. 45. Porro Cl. Auctor Pringliana experimenta, de fermentatione, a partibus animalium ad putredinem procliuibus, in vegetabilibus excitata, repetit, eaque genuina inuenit. Ridiculam inde eorum opinionem eſſe declarat, qui bilem inceptam in ventriculo fermentationem ſupprimere ſtatuant; et de incongrua eorum methodo, qui in bilis inertia a-
p. 48. mara vegetabilia ſubſtituant, iudicat. Cl. Sa-GERI aſſertum, ſanguinem, e vena miſſum, bile ſuperfuſa, fluidum aequaliter manere, repetito aliquoties experimento, verum eſſe inuenit. Saponaceam
p. 50. bilis naturam indagaturus Cl. Auctor hanc, cum aqua frigida commiſſam, ab eadem ex integro recipinque ea mixtura omnia, quae in aqua ſolubilia ſunt corpora ſolui, ſpumas facillime ex agitatione producti, minimeque olei naturam prae ſe ferre vidit.

Eam

Eandem indolem vt diſquireret, in diuerſis vaſis bilem purum, bilem cum diuerſa lactis portione, et bilem cum ſapone officinali repoſuit, leuiter tecta, loco mediocre calido; coxit eandem bubulam cum lacte; contriuit alias portiones earundem ſubſtantiarum in mortario; emulſionem quoque ſeminum cum et ſine bile repoſuit; atque ex his omnibus comprobatum ei eſt: bilem neque principiorum lactis ſeceſſum, neque eius aceſcentiam morari, vt vtramque potius acceleret; eandem tamen ab acido naturali lactis, licet debiliſſimo, coagulari. p. 51.

Vnguinoſa animalium olea a bile nunquam tam perfecte, quam a ſapone vulgari ſubigi ſolent, ſed, ubi aliquantulum iuncta fuerint, breui tempore ſeparari obſeruauit. Idem in amygdalarum, lini, et olearum oleo, imo et butyro perſpexit. Ex oleis deſtillatis, inſtituto cum oleo ſabinae, aniſi, et terebinthinae experimento, id redundauit, vt horum nullum, bilis interuentu, vt ope ſaponis fit, in aqua ſuſpendi poſſet, licet ea etiam bilis minus, quam aquae connubium reſpuerent. Vetuſtate autem aliquantumuis corruptum terebenthinae oleum, cum bile et aqua ex integro coiit, quod Cl. Auctor euoluto per vetuſtatem acido tribuit. p. 54. p. 56.

Reſina ope bilis non magis cum aqua mixta fuit. p. 57.

Ex his experimentis colligit Auctor: Bilem eſſe ſubſtantiam, ex acido animali et oleo vnguinoſo, ad certum gradum rancido, efformatam, multa aqua diſſolutam, cui et ſerum et varium ſalium genus, marinum, mirabilis aliquid, forte et alcali mineralis nonnihil, et terra, per animalis oeconomiae rationes inhaerent. p. 60.

Vſum bili denique eum tribuit Cl. Auctor, vt motum inteſtinum in digeſtione promoueat, fermentationem augeat, et, ſi ſaponacei aliquid habet, eo vniat cum aquoſis, oleoſas partes, motum p. 61.

tum vermicularem ſuſtentet, muci inteſtinalis vi-cedinem minuat, ne vermiculorum forte ingeſta ova excludantur, amarore ſuo caueat, et, officiis ſuis rite defuncta, cum foecibus, quas tingit, eliminetur.

X.

Bericht von den heilſamen Wirkungen der Kinkina oder Peruvianiſchen Rinde, und von der Nichtigkeit der Vorurtheile, welche das Publicum gegen dieſe Rinde noch hat, mit einem Anhange von dem innerlichen Gebrauche der Schierlings-, Bilſenkrautes und Münchskappen Extractes von JOH. GEORG. SCHENCKBECHER *der Weltweisheit Baccalaureus, der Arztneygelahrheit Doctor, Feld-Stabsarzt bey der Armee Ihrer Käyſerlichen Majeſtät aller Reuſſen. Riga und Mitau, verlegts Iohann Friedrich Hartmoch 1769. 8. 174 Seit. mit der Zueignungsſchrift.*

i. e.

Relatio de ſalutaribus effectibus chinae ſeu corticis Peruuiani, et de leuitate praeiudiciorum, quae homines contra eam formant. Cui accedit tractatus de interno vſu cicutae, hyoſcyami et aconiti extracti. Auctore IO. GEORG. SCHENCKBECHER. M. D.

Fallere ſe eos, qui corticem Peruuianum pro veneno, quod vitam humanam potius deroget, quam proroget, habeant, tribus in ſectionibus Cl. SCHENCKBECHER demonſtrat. Ac primum quidem cauſſae ab eo enarrantur, cur cortex, remedium in primis febrium intermittentium, ſaepenumero

mero

nocat: dein plurimi morbi, in quibus cortex primo cum successu adhibetur, commemorantur; aliis nonnullis morborum historiis, a Nostro ope corticis curatorum. Ac denique de ortu, vsuque corticis medico, ac eius deprauatione, quae omnia salutari huius corticis effectui officiant, disseritur.

Incommoda, quae vsum corticis interdum se- p. 23.
quantur in febribus intermittentibus, non cadunt in corticem bonum, sed in eius, vel abusum, vel deprauationem, vel in ipsam febrium intermittentium indolem. Hoc demonstrat Cl. Auctor exemplis aliorum Auctorum partim, partim suis. Obseruauit nimirum anno quinquagesimo nono huius saeculi, febrem intermittentem cum lethargo in stadio horroris simul cum anhelosa respiratione: porro tertianam epidemicam cum oedemate faciei et pedum, facile atque iterato reuertentem, quae aegros valde debilitaret, ac potissimum vias, digestioni inseruientes, et cui cachexiae obstructiones ac morbi nerui succederent. Haec symptomata omnia cortici a nonnullis tribuuntur; Noster vero ex natura huius febris ea explicat.

Tum corticem, si cum ea, qua decet, circum- p. 59.
spectione adhibetur, non solum febres intermittentes, sed et multos alios morbos internos atque, ac externos iuuare a Nostro probatur. In febribus putridis quippe, in gangraena atque sphacelo aliisque. Atque hic inseritur obseruatio de sphacelosa scroto, de spina ventosa ossis zygomatici, de febribus putridis intestinalibus, de fluore albo lacteo, de sphacelo membri virilis. Quae omnia cum a nobis repeti nequeant, exempli loco eam obseruationem, quae de spina ventosa ossis zygomatici agit, elegimus.

p. 72. Vir triginta et trium annorum, ad ſcorbutum procliuis, lue venerea aliquoties inquinatus, nec vnquam radicaliter ab ea liberatus, quoniam, loco ſalivationis, colicam et dyſenteriam mercurius excitabat, per quatuor annos palliatiue tantum eſt curatus. Interea autem ſemper propemodum paſſus eſt aeger cephalalgiam, quae ſubinde cum defectu virium, febreque lenta augebatur. His accedebat vlcus fiſtuloſum menti, vti Noſter ſuſpicabatur, cum carie, quod diu quidem tractatum, tandem tamen, profunda relicta cicatrice, coaluit. Symptomatibus autem, quae ſupra enarrauimus, auctis, aeger demum ad Cl. Auctorem accedebat. Tabe iam emaciatus et tuſſi continua humida, cum ſaepioſo, flauo ac inſigniter foetente ſputo, et laeſa reſpiratione vexatus, potiſſimum conquerebatur noctu de pertinaci capitis dolore, et inde pendentibus inſomniis. Gena dextra erat rubra et tumebat, abſque ſignis tamen inflammationis: leniter preſſa gena, dolorem lancinantem internum percipiebat aeger, qui quoque, ſine preſſione externa, plus minusue aderat. Lenioribus bechicis aliisque medicamentis plane propemodum fruſtra adhibitis a Noſtro, aliam medendi methodum hic eſſe eligendam cenſebat. Atque cum Cl. Auctor omnia ſymptomata, huic aegro communia, a coniunctione ſcorbuti cum inueterata lue venerea in eius humoribus proficiſci arbitraretur, et, ob dolorem permanentem in gena, ſpinam ventoſam oſſis zygomatici ſuſpicaretur, ob ſummam aegri imbecillitatem, de depurandis fluidis ac roborandis ſolidis praecipue cogitabat, vt, chylificatione ac ſanguificatione correctis, viribusque inde recuperatis, rite poſſet ſaliuatio in hoc aegro excitari. Atque hoc praeſtitit quoque Cl. Auctor ſero lactis cum aqua calcis, et, ſuccis plantarum expreſſis, ab aegro recuſatis, et a

No-

Noſtro ſepoſitis, quoniam ſymptomata peiora reddebantur, cortice Peruuiano, cuius quatuor libras intra decem hebdomadas deglutiuit aeger, ita, vt ſymptomata imminuerentur, aegerque ſeſe bene haberet. Interea ſub oſſe iugali parululum foramen deprehendebatur, ex quo pus tenue emanabat. Quo dilatato, vlcus fiſtuloſum verſus orbitam in conſpectum veniebat, cui aliud verſus aurem accedebat. His externe ex chirurgiae legibus tractatis, nec vlla ſanationis per ſola externa remedia ſpe relicta, recuperatiſque tum temporis aegri viribus, ſalivatio tanto cum ſucceſſu in hoc aegro eſt excitata, vt vlcera ſanata, et aegrum omnino ſanitati penitus reſtitutum, maxima cum voluptate Cl. Auctor videret.

In tertia tandem ſectione diſſeritur de corticis Peruuiani ortu, vſu medico, variis eius deprauationis modis, notis bonitatis, ac forma, qua ille optime aegris propinari poteſt. Quod ad formam attinet, optima Noſtro videtur in puluere, vel cum aqua, vel ſyrupo, aut adhuc melius cum mucilaginibus, e. c. tragacanthae, in electuario. Recepit inde Cl. Auctor extractum corticis Peruuiani, illudque per mucilaginem tragacanthae in electuarii formam redegit. Ceterum non reiicit choccoladam, ex cortice paratam. p. 115.

Sed veniamus iam ad tentamina, Stoerckianis nonnullis cum remediis a Noſtro inſtituta, quae huic tractationi ſunt annexa, ſimul cum indice Auctorum, quibus Noſter in hoc libro conſcribendo vſus eſt. Ac primum quidem concernit extracti cicutae vſum in glandulis induratis. Multis in et externis remediis fruſtra adhibitis, vncia vna et dimidia ſolius huius extracti deglutita, lenes dolores cum p. 144.

cum pruritu in his glandulis perſentiſcebantur, et earum induratio ſubinde ceſſabat.

p. 146. Tentamen cum eodem extracto in teſticulo indurato ſiniſtro. Febre tertiana ſuperata, de teſticulo conquerebatur aeger. In hanc rem cum Noſter inquireret, nec vlla venerei miſmatis ſigna, ne ſuſpicio quidem, adeſſent, arbitratus eſt, hoc ex metaſtaſi materiei morboſae relictae eſſe profectum; praeſertim, cum alio tempore eidem aegro, eodemque in parte, aeque ſimilem poſt febrem fugatam, idem accideret. Variis in auxilium a Noſtro vocatis remediis, minime efficacibus, cicutae extractum et huic aegro propinabatur. Primis diebus nihil inter eius vſum aeger ſentiebat. Sexto vero et ſeptimo die, dolorem in teſticulo animadvertebat, acus punctvrae ſimilem. Ab hoc tempore tumor ſubinde ita decreſcebat, vt die vigeſimo decembris nihil morboſi ſpectaretur. A primo itaque ſeptembris ad vigeſimum decembris diem quinque propemodum vncias extracti cicutae deglutiuit. Interea octies laxante, decocto bardanae, et externe emplaſtro de meliloto, Cl. Auctor vſus eſt, et aeger ſemper ſeſe bene habuit.

p. 153. Tentamen de cicutae extracto in tumefactis atque induratis glandulis aurium et maxillae, quae quoque poſt febrem intermittentem remanſerant. Hoc extracto propinato, et hic aeger ſanitati reſtituebatur. Sumſit, a ſexto die auguſti ad vndecimum ſeptembris, vnciam vnam et dimidiam fere. Praeterea quater laxauit, decocta radicis petroſelini potavit, nec vllum doloris ſenſum in glandulis percepit.

p. 156. Tentamen cum aconiti napelli extracto in pertinaci febre intermittente. Per annum, et quod excurrit, aeger laborabat febre intermittente tertiana irregulari, quae per octo dies interdum ceſſabat. Tum in quartanam tranſibat. Per quinque hebdoma-

hebdomadis huius febris quartanae, a datis medicamentis, nulla omnino facta mutatione, extracti, cum sacchare commixti, in aequalibus partibus vsum Noster suadebat, ita, vt ab vno grano extracti inciperetur, et deinde dosis subinde quotidie augeretur. Duodecimo curationis cum hoc extracto die paroxysmi leuiores reddebantur, nec adeo diu durabant, ac die vicesimo febris penitus cessabat. Per quatuor dies adhuc cum hoc extracto confirmato, febreque non reuertente, curatio est finita, et aeger omnimode sanatus. Accepit hinc aeger quadraginta grana vna vice, ac omnino drachmas sex et duo grana, cum totidem sacchari. Ad quintum diem vsque vomebat, atque ita copiose et vehementer, vt per aliquod tempus lipothymiam pateretur. Sexto die desinebant vomitus, et hoc aeque, ac reliquis curationis diebus, bis terue aluus deponebatur.

Tentamen de extracto aconiti in arthritide nodosa. Multis, humores depurantibus, in et externis remediis, sine fructu datis, extractum aconiti ita propinabatur aegro, extremitatum vsu prorsus destituto, et lectulo continuo affixo, vt ab vno grano ad viginti et tria quotidie augeretur dosis. Interea potabat decoctum hordeaceum, et vescebatur hordeo et auena excorticata, et fructibus horaeis. In prima hebdomade huius curationes iam lectulum reliquit, et in tertia, baculo insistens, poterat aeger incedere. Febre, doloribus, et tumoribus tum cessantibus, extracti vsum interdicebat Cl. Auctor, et relictam adhuc immobilitatem quamdam genu, fotu ex aqua simplici et vnguento de althaea sanabat. Deglutiuit itaque per tres hebdomadas vnciam dimidiam, vnam drachmam, et nouem grana, sine sacchare, ac sine illis effectibus, quos in antecedente obser- p. 159.

obſervatione commemoravimus. Nihilominus tamen aeger ſanitati prorſus traditus eſt.

p. 162. Tentamen de hyoſcyamo in vertigine, qua laborabat monachus, annorum ſexaginta, per viginti annos, poſt plicam Polonicam curatam relictam. Extracti hyoſcyami ſolius, primum vno, deinde ſex inde pluribus granis per duodecim dies ſumtis, bonum iam edidit Noſter effectum. Quo per quinque hebdomadas continuato, aeger penitus conualuit. Aſſumſit vnciam propemodum vnam huius extracti, nec debilitatem, nec naufeam, neque alias moleſtias inde percepit, et duobus fere annis poſt adhuc bene ſeſe habuit.

XI.

Lettre de M. DEROME' DELISLE à M. BERTRAND. Sur les polypes d'eau-douce. A Paris, chez Lacombe libraire. 1766. 8. pagg. 57.

h. e.

Cl. DEROME' DELISLE epiſtola ad Cl. BERTRAND de polypis aquarum dulcium.

Coniectura Cl. Auctoris haec eſt: grana iſta minora, quibus omnem externam pariter, atque internam ſuperficiem polyporum obſitam deprehendimus, non ſunt partes, ad vitam polypi neceſſario requiſitae; ſed ipſa animalcula, quae corpus polypi inhabitant, adeo, vt id, quod hucusque animal habitum ſit, non, niſi vaginam quaſi ac domicilium immenſae gentis animalculorum ſiſtat. Et hoc quidem de polypis aquarum dulcium certiſſime affirmat; quamquam, vt verum fateamur, nullis experimentis convictus, ſed ſolummodo ratiociniis

ad

ad eam sententiam deductos; eamdem tamen marinorum quoque polyporum rationem ac conditionem esse suspicatur. Diuersam praeterea hanc suam sententiam esse ab illa declarat, quam anonymus quidam in epistola ad Cl. LE CAT diarii gallici, quod *Mercure de France* dicitur, mensi ianuario 1749 insertа, proposuerat: polypos nempe sibere seriem animalculorum minorum, eatenus ad instar sibi inuicem adhaerentium. Et ex ista sua hypothesi plurima ex iis phaenomenis, quae in polypis tantam admirationem excitant, et nonnulla quidem eorum satis congrue explicat, v. c. propensionem ad lucis adspectum, digestionem multiplicationem cet. num vero omnibus phaenomenis declarandis eadem hypothesis sufficiat, penes alios iudicium esto, praesertim cum, postequam epistola haec in publicum prodiit, experimenta in limacibus capta, quantum nos quidem iudicare possumus, historiae multiplicationis polyporum haud parum lucis accendisse videantur. Quousque vero coniectura haec Cl. Auctoris veritati respondeat, experimenta, a scrutatoribus naturae instituenda, edocebunt, quorum solertiae hanc rem vna cum ipso vehementissime commendatam cupimus.

XII. *Nou-*

XII.

Nouvelle méthode facile et curieuse pour connoître le pouls par les notes de la musique, par feu M. F. N. MARQUET. *Seconde édition augmentée etc. par M.* PIERRE JOSEPH BUCHOZ. *à Amsterdam et se trouve à Paris, chez P. F. Didot, Quai des Augustins, à St. Augustin.* MDCCLXIX. 12mo. plag. 9. cum dedic. et praef. tab. aen. 6.

h. e.

Pulsus per characteres musicos cognoscendi ratio noua facilis, et ingeniosa. Auctore Cl. MARQUET, denuo edita et aucta a Cl. BUCHOZ.

Pulsum ad musicos numeros reuocari posse inter veteres medicos HEROPHILUS, inter recentiores varii censuerunt, nullus vero ante Cl. MARQUETUM characteribus exprimere ausus est. Praestitit hoc libro, anno 1747 edito: cuius tamen exemplarium numero distributo, nouam editionem curauit Cl. Auctoris gener, adiectis, praeter vitam illius, variorum de conamine isto iudiciis, aduersis non minus, quam benignis, et dissertationibus duabus ab editore confectis, quarum altera ad pulsum dignoscendum, altera ad melancholiam curandam musicam plurimum valere, ostenditur.

Ac primum quidem in Cl. MARQUETI opusculo, quid pulsus et vnde, quamque varius sit, definitur. Traduntur deinde regulae, quas seruare oportet pulsus examinaturum. Denique, quibus notulis varia pulsuum genera exprimi et significari possint, et oratione docetur, et tabulis aeneis ipsius

Aucto-

Auctoris manu elaboratis, vlterius dilucidatur. Pulſus nimirum vel naturalis eſt, ſexageſies circiter in adultis intra minutum horae primum micans, aequali robore et celeritate; vel a naturali recedit ratione fortitudinis, velocitatis aequalitatisque ictuum. Quum vero, quando in examine pulſus naturalis eiusmodi modorum flexionem, quam vulgo *Menuet* dicunt, cuiusque formulam praeſcripſit Noſter, vel mente modulemur, vel canamus voce fidibusue, ſinguli ictus ſingulis numeris aut rythmis (*cadences*) reſpondere obſeruentur: hanc modulationem ceu communem proponit menſuram, exprimitque pulſum naturalem per notam nigram (integri motus muſici quadrantem), inter duas lineas parallelas poſt quemlibet rythmum poſitam. Magnum refert nota alba, integri motus muſici dimidia pars; paruum ſiue vacuum, vncinata ſeu octaua, vermicularem bis vncinata ſeu ſextadecima. Nota ſupra lineam primam, inferiorem nempe, prominens, pulſum depreſſum (*concentré*); inferiori inhaerens, profundum; in altera linea, ſuperiori ſcilicet, poſita eleuatum, eminens ſupra eandem ſuperficialem indicat. Quilibet rythmus lineolis verticalibus in quinque ſpatia diuiſus eſt, quibus tempuſcula, quae inter binos quoſque ictus pulſus naturalis diſtingui poſſunt, denotantur. Celerior pulſus, febrilis, pro vario velocitatis gradu haec quinque tempuſcula non ſeruat, ſed iam quarto, vel tertio, vel ſecundo, vel primo quouis micat. Lentus e contrario ad minimum ſex eiuſmodi tempuſcula habet. Inaequaliter celer autem nullum ordinem obſeruat. Reliqua pulſuum compoſitorum genera, vt ſunt intermittentium variae ſpecies, caprizans, conuulſivus et dicrotus peculiaribus ſchematis exhibentur. Dicrotum ceteroquin ſeu duplicatum indicat nota integra. Ex quibus quidem hactenus enarratis p. 30.

patet, et lectorem huius tractatus, et illum, qui hac ratione pulſum velit diſquirere, imbutum eſſe debere artis muſicae principiis.

p. 96. Adiecta Cl. BUCHOZ diſſertatione, muſicis menſuris pulſum vtique cognoſci poſſe, vltorius confirmatur; altera vero melancholiae mederi docetur, illi, in qua fibrae ſiccae ſunt, per muſicos numeros, qui ordiuntur a tonis grauiſſimis, ſenſimque in acutiores eleuantur; illi vero, in qua fibrae laxae humidaeque nimis occurrunt, per concentus fortes, viuidos, laetos atque variatos.

XIII.

Cautiones nonnullae, ad liquoris mercurialis Plenckiani vſum ſpectantes, quas Praeſide PETRO IMMANUELE HARTMANNO Med. Doct. et P. P. O. doctoris medici honores legitime capeſſurus publice defendit *Chriſtianus Iacobus Sommer*, Francof. ad Viadrum 1769. pagg. 38.

Solutio haec gummoſa mercurii, a Cl. PLENCKIO *) nuper inuenta, cum Cl. HARTMANNO ob compoſitionis ſimplicitatem, quae cernitur in gummi arabici, remedio blandiſſimo mitiſſimoque, acido rodente libero, et mercurio viuo, magnopere placuerit, non potuit non ipſe experimentis cognoſcere, quam firma eſſet huius remedii in debellanda lue venerea efficacia. Atque haec a Cl. Auctore nobiſcum hic communicantur cum nonnullis cautionibus, partim modum huius medicamenti praeparandi, partim methodum eo vtendi concernentibus, in venereis aeque, ac aliis morbis.

p. 6. Ac primum quidem definitionem Cl. Auctoris videamus huius ſolutionis mercurii gummoſae. Eſt nimi-

*) v. comm. noſtr. Vol. XIV. p. 263. it. Vol. XVIII. p. 34.

nimirum liquor hic congeries minutiſſimarum molecularum mercurialium ſimplicium, parca aquae copia tenuique gummi arabici cortice obductarum, et ita temperatarum, vt cum maiori aquae aut liquorum diuerſorum aquoſorum mole cohaerere poſſint. Quaecunque enim praeterea addi ſolent, ſyrupi, balſama aliaque, gratiae medicamenti quidem ſeruiunt, efficaciam tamen non mutant.

Tum Cl. Auctor ad modum praeparandi progreditur, et PLENCKII atque HERTZOGII *) qui emendatam Berolinenſium methodum parandi huius medicamenti tradidit, inter ſe comparat, ſuaſque cautiones addit. Obſeruauit enim Noſter aeque, vti medici Berolinenſes, ſedimentum griſeum huius medicamenti, quod, quiete accedente, a fluido ſ. aqua ſeſe ſeparet, agere in ſaliuales, et liquorem ſupernatantem in vrinarias vias. Quapropter eo cautius, vti et PLENCKIUS ipſe vrget, in praeparatione eius medicamenti verſatur. Ac primum quidem mortario lapideo praefert vitreum, ob accuratiorem mercurialium globulorum ſeparationem ac diuiſionem. Dein gummi arabicum purum ſeligit, et maiorem eius partem, quam Cl. PLENCKIVS, ſumit.

Id quod et ſuadent medici Berolinenſes, quorum formula haec eſt: **) recipe mercurii viui depuratiſſimi drachmas duas, gummi Arabici vnciam vnam, conterantur in mortario lapideo affuſa ſubinde roſacea aqua; tum omnis mercurius abibit in mucum: dein, inter terendum, addantur aquae roſaceae vnciae ſedecim. Cl. HARTMANN vero aquam puram vel aquam deſtillatam gratiorem, quam roſarum, quae non raro taedium creat, commendat. p. 12.

*) v. diſſ. inaug. de morbo articulari, ſpeciatim venereo, praeſertim de arthritica quadam feliciter curata. Helmſtad. 1769. 4.

**) v. HERTZOG. diſſ. iam laudat. p. 48.

p. 15. Porro Cl. Auctor ad medicamenta, quae Cl. PLENCKIVS huic liquori addidit, venit. Sunt nimirum ſyrupus kermeſinus, balſamus de copaiba et ſyrupus violarum. Quamquam Cl. HARTMANNVS lubenter largitur, poſſe ſyrupos huic liquori addi non ſolum ob gratiam, ſed et ob auctam hydrargyri cum gummoſo liquore coniunctionem, praetereaque ſyrupo kermeſino adſcribi diureticam vim, quippe qua mercurius ad has vias poſſit dirigi; tamen non ſemper iis ſyrupis opus eſſe putat, ac potiſſimum, ſi diutius adſeruetur hic liquor loco non moderate frigido, Noſter acidi euolutionem timet. Forte et medici Berolinenſes hanc ipſam ob cauſſam ſyrupos non addiderunt.

p. 19. Longe autem inſigniorem vſum tribuit Noſter balſamo de copaiua, cui Cl. HARTMANNVS balſamum Peruuianum nigrum ſubſtituit, ob virtutem in vaſa renalia ac omnino viſcera vropea, ad derivandas mercurii moleculas, in corpore vbique diſſipatas, ad has vias.

p. 20. Pilulas mercuriales, a Cl. PLENCKIO inuentas, Noſter non laudat, iisque potius electuarium, quod ex ſyrupo mercuriali, addito puluere liquiritiae et conſerua quadam paratur, praefert.

p. 23. His cautionibus adhibitis, hanc Plenckianam ſolutionem mercurialem gummoſam inter praeſtantiſſima Cl. HARTMANNVS numerat, idque exemplis probat. Quae quidem antequam videamus, Noſtri methodum huius ſolutionis praeparandae praemittamus. Sumtis hydrargyri depuratiſſimi et puriſſimi drachmis duabus et gummi Arabici, in pollinem redacti, vncia vna, haec inter ſe probe terantur ac miſceantur, adſperſa ſubinde aqua vel ſimplici, vel deſtillata in mortario vitreo. Dein eximatur haec maſſa ex mortario, et, marmori porphyri-

phyritae impoſita, per horam teratur, et quaedam pulueris gummi Arabici pars inter terendum denuo addatur: ac tum, ſi tempeſtatis minus calida indoles fert, aquae loco ſyrupi tantillum admiſceatur. Iam huic maſſae, accurate tritae, in mortario vitreo affundantur duodecim vnciae aquae deſtillatae gratioris inter terendum ſucceſſiue, donec liquor perfecte leucophaeus apparuerit: ac, ſi lubet, ſyrupi vncia dimidia, adhibita tamen circumſpectione, vti ſupra monuimus, admiſceatur. Quod ſi vero acciderit, vt ſedimentum ſubcinereum gravius appareret, liquor caute eſt decantandus, et ſedimentum denuo in mortario vitreo, adiecta aliqua gummi Arabici parte et adſperſa aqua ita, vti ſupra expoſitum eſt, terendum, et duabus tribusue vnciis aquae temperandum et priori liquori decantato affundendum. Atque ita grauius hoc ſedimentum non apparebit, nec ptyaliſmus, medicamento ita praeparato, excitabitur.

Inter vſum huius medicamenti haec habeto: cochlearia metallica et ſemimetallica prorſus reiicit Cl. HARTMANNVS et vaſa vitrea, vel lignea, vel murrhina ſuadet, ob noxam ex coniunctione mercurii cum metallis metuendam. Quod porro diaetam regimenque attinet, acida potiſſimum interdicit, (vidit enim Noſter ab acidis magna incommoda inter vſum huius remedii oboriri) regimen ſuadet temperatum. Ex nimis frigido enim Cl. CARTHEVSERVS diabeten ortam eſſe vidit, et Cl. Auctor alia incommoda timet. E contrario e nimis calido regimine, parum frigidi aeris ſi accedat, naſcuntur rheumatici et arthritici dolores. p. 24.

Quapropter animaduertit quoque Noſter, eos, qui arthritide aut ſcabie venerea laborent, paullo calidius regimen inter vſum huius remedii tuliſſe. p. 27.

Porro et decocta ſunt iungenda, vbi Noſter hordeacea, auenacea, aut etiam panis SYDENHAMI praefert reliquis. Eadem cura diaetae aeque ac regiminis etiam per aliquot tempus, curatione finita, opus eſt. Caeterum autem vſus aquae Selteranae, quem ſolent nonnulli medici poſt vſum huius remedii commendare, Noſtro non arridet, ob dolores cardialgicos atque colicos, nec non diarrhoeas, inde oriunda.

p. 30. Praemiſſis rebus nonnullis, iuſtam huius PLENCKIANI remedii doſin ac copiam, nec non indolem aegrorum, eo vtentium remedio, concernentibus, ad vltimam cautionem progreditur, quae Cl. Auctoris ſinceritatem prodit, et nobis ſummam mereri attentionem videtur. Hac ipſa nimirum medendi ratione Cl. HARTMANNVS centum circiter et viginti ſyphilliticorum aegrotorum habuit curam, ac vidit ſaepenumero vlcera carcinomatica, rhagades, tubercula, condylomata, ſcabiem glandularum, ſcirrhos, tophos ac gummata, aliaque quam celerrime curata fuiſſe: ac quidem, etiamſi vel diaphoreſis vel ptyaliſmus excitata ſint, ſemper tamen diureſin auctam Noſter obſeruauit. Id quod Cl. Auctor celeri coniunctioni huius remedii cum noſtris humoribus, in primis ſero aeque, ac gummi Arabico ipſo, ad vias vrinarias tendenti, tribuit. Atque ideo forte accidere arbitratur Noſter, vt, crudioribus venereis impuritatibus eliminatis, et ſubtilioribus adhuc in corpore deliteſcentibus, ſymptomata quidem celeriter ceſſent, attamen per aliquot tempus redeant.

p. 35. Obſeruauit nimirum Noſter in his aegris, apparenter ſanis, ſeruata quoque ipſa accuratiore diaeta, poſt longius breuiuſque interuallum, luis venereae, leuiori quamquam impetu et per vnam alteramque huius liquoris portionem facile debellatae, reditum, atque hoc bis, ter, quinquies immo

in

in quibusdam ſepties eueniſſe vidit. Inde factum eſt, vt nonnulli per annum duas mercurii vncias haurirent. In iis vero, qui nullo alio, quam Plenckiano remedio vſi ſunt, nunquam iterum apparebant luis venereae ſymptomata, ſi Cl. Auctor, abſoluta Plenckiana methodo, iis has pilulas exhibebat per quatuordecim dies, ac quidem veſperi ſex per diem: recipe extracti ſcordii, ſucci liquiritiae Hiſpanici ana drachmam dimidiam; mercurii dulcis grana quindecim; ſulphuris antimonii aurati tertiae praecipitationis grana ſeptem: miſce, fiant pilulae ad pondus grani vnius.

Quod ad hunc luis regreſſum attinet, eum in aegris, aliorum medicorum curae commiſſis, quoque expertus eſt, vt in Iudaeo, a Cl. TRALLESIO curato, et aliis, Berolini curatis hac methodo Plenckiana: nec non in infantibus vbi ſuſpicio nouae infectionis nulla deprehendebatur. Sufficiant itaque haec ad cautionem, a Cl. Auctore adhibitam, ſummopere laudandam, quae eo redit, vt ii aegri, curatione abſoluta, non dimittantur ſine admonitione, regimen et diaetam pariter, ac regreſſum morbi attinente; ſed accurate attendantur, diaetaque ſtrictiſſima ab iis, et valetudine recuperata, diu obſeruetur. P. 37.

Denique et aliis morbis hic liquor Plenckianus profuit e. gr. rachitidi pueri, quinque annorum, nec non glandulis meſaraicis infantum obſtructis; porro cancro ſuperioris labii aperto, qui in Berolinenſi noſodochio *charitatis* hoc Plenckiano ſanatus eſt remedio, excitato inde ptyaliſmo. Hic quoque commemorat Noſter fungum articulorum, a Cl. CARTHEUSERO ope huius remedii ſanatum. In ſpina autem ventoſa ſpem eluſit Plenckianus liquor. P. 37.

XIV.

Abhandlungen der Churfürſtlich-Bayeriſchen Academie der Wiſſenſchaften. Erſter Band. München, mit academiſchen Schriften. 1763. 4. *Seit.* 514. *Zweyter Band.* 1764. *Seit.* 507. *Dritter Band.* 1765. 4. *Seit.* 527. *Vierter Band.* 1767. 4. *Seit.* 538. *Fünfter Band.* 1768. 4. *Seit.* 464. *Sechſter Band.* 1769. 4. *Seit.* 334. *Ohne Vorreden und Regiſtern, mit Kupfern.*

i. e.

Commentarii Academiae ſcientiarum Electoralis Bauaricae. Vol. I. II. III. IV. V. VI.

Iam dudum legimus varios, a ſocietate Academiae Bauaricae *) ad omnem eruditionem ſpectantes editos commentarios; quos vero, cum maximam partem ad hiſtoriam et philoſophiam pertinent, nondum indicauimus: nunc vero, relictis omnibus reliquis, eos, qui ad finem alterius partis cuiuslibet voluminis reperiuntur, ad medicinam et hiſtoriam naturalem, praecipue mineralogiam pertinentes, cum Lectoribus noſtris communicare conſtituimus.

Vol. I. P. II. p. 127. 1) Primus, qui nobis in parte altera voluminis primi occurrit, commentarius agit *de paludibus*, Auctore Cl. ILDEPHONE KENNEDY, qui Academiae a litteris eſt **). In quo pertractando ſibi id potiſſimum propoſuit Cl. Auctor, vt oſtenderet, quomodo paludes, quae in Bauaria admodum ſunt frequentes, facillime et ſine magnis ſumptibus in mu-

*) v. comm. noſtr. Vol. VII. p. 721.
**) v. comm. noſtr. Vol. XV. p. 174.

mutari poſſent, vt agriculturae atque incremento graminis aptae redderentur. Quapropter, definitione, diuerſitate, origine, variisque earum mutationibus allatis, quae iis natura ſit, explicare aggreditur.

Partes, quae materiam paludum conſtituant, duplices eſſe, et proprias, et accidentales aſſerit: quarum priores ſint terra, eaque vel ſimplex, vel compoſita; ſabulum, ſilex, et lapides omnis generis: poſteriores, aqua, ſal, metalla, aliaque mineralia, quae aquae immixta eſſe ſoleant. Harum partium omnium naturam, atque effecta, quae ex varia earundem proportione ad incrementum vegetabilium vel commoda, vel incommoda redundent, expendit. p. 132.

Ita ex terris ſimplicibus, humum proprie ſic dictam, coloris ſubnigri, mollem, non nimis leuem, neque nimis frigidam, vegetationi optime conuenire putat: argillam, cuius plura ſint genera, flauam vel nigram caeteris praeſtare; nullam vero, niſi arte iuuetur, incremento plantarum prodeſſe: margam denique ſolam agriculturae non omnino conuenire, id quod etiam valeat de ſabulo, lapidibus et ſilice, niſi iisdem ſatis magna terrae copia admiſceatur. p. 133.

Aquam, quamquam eius terreae et ſalinae partes ad nutriendas plantas ſumme ſint neceſſariae, nimia tamen in copia iisdem maxime obeſſe. p. 135.

Ex ſalibus ſal commune et nitrum: ex metallis ferrum: ex mineris ſulphur et vitriolum, praecipue in paludibus reperiri: quorum moderata copia egregie plantarum adiuuet culturam; vitriolum tamen hic, cum admodum parce inueniatur, vix mereri attentionem. p. 137.

Ex his partibus, inter ſe mixtis, varias enaſci materias, quarum notatu digniſſima et ſingularis turfa ſit, quae ex ſulphure variisque ſalibus conſtans, ſi comburatur, colendis agris maxime proſit. p. 140.

p. 141. His ita propoſitis, maximam curam in corrigendis paludibus eam eſſe debere confirmat Cl. Auctor, vt aqua inde deriuetur, atque, ne eadem redeat, impediatur. Quam rem exemplis, argumentis et praeceptis illuſtrat. Inclinationem aquae a plano horizontali eſſe quaerendam (*libelliren*) praecipit, cuius rei ratio ex figura, in tabula aenea addita, apparet: quo deinde aqua ad partem inclinantem deriuetur, quod fiat, ſi ea, quae, quo minus
p. 144. aqua defluat, impediant, remoueantur. Facillime rem ſuccedere confirmat, foſſis per paludes ita ductis, vt omnis ſuperflua aqua detrahatur. Quo plus aquae, vel argillae, vel margae paludi inſit, et quo magis horizontalis eiuſdem ſit ſitus, eo plures foſſas eſſe fodiendas: quas etiam ita dirigi oporteat, vt ſemper, quam plurimum fieri queat, procliues et rectae ſint, atque, ſi ſcaturigini cuidam vehementi obueniant, ad angulum acutum cum eadem coniunctae ducantur: foſſaeque tranſuerſae, praeſertim ſi ſcaturigines in paludibus ſint, quan-
p. 146. tum fieri poſſit, euitentur. Altitudinem foſſarum illi paludum reſpondere debere, latam foſſam anguſtae praeferendam, atque accliuitatem laterum ex altitudine latitudineque eſſe definiendam. Quae
p. 149. omnia in tabula addita figuris illuſtrantur. Praeterea ad tempus anni maxime reſpici iubet, vt, quam primum fieri poterit, foſſae aperiantur, ſicque per aeſtatem aqua defluat, quo etiam per ſequentem hyemem exſiccatio ſuccedat, quam igniculi ſubter-
p. 150. ranei et frigus ipſum iuuent. Quae denique ad correctionem ſoli paludum, ita exſiccatarum, pertineant, iam exponit Noſter, atque cum ex varia indole terrae variis vſibus adhiberi debeant, vt vel paſtui pecorum, vel pratis, vel agris conficiendis adaptentur, regulas tradit: ex quibus praecipuas, ad correctionem terrarum agriculturae aptandarum

ſpectan-

ſpectantes, afferamus. Terra argilloſa; vel fimo, vel melius ſabulo commiſcetur; ſabuloſa optime, marga addita, corrigitur; turfoſa conburenda eſt, atque deinde vel argilla, vel marga, praecipue autem ſabulo, immutanda. p. 155.

2) Qui ſequitur commentarius continet *hiſtoriam turfae, in qua fumum, qui ex igne eiusdem oriatur, ſanitati non nocere oſtenditur.* Auctore IOANNE ANTONIO DE WOLTER, Conſil. Elect. et Protomedico. Duo potiſſimum probare aggreditur. Et primo quidem turfam vegetabile eſſe, et ex viridibus creſcentibusque paludoſis ceſpitibus componi, id quod deſtillatione, ad modum DEGNERI *) inſtituta, patefiat, qua eadem ſe obtinuiſſe affirmat, quae deſtillatione ligni querni deſtillent, producta. Deinde contendit fumum, qui combuſtione eiuſdem concitetur, ſanitati non omnino obeſſe, vt potius eius vſus rei familiari quam maxime proſit. Qua in re ad SCHOOCKIUM **) DEGNERVM, et HOFFMANNVM ***), aliosque prouocat, qui demonſtraſſent, turfam cum lithanthracibus conuenire, neque eſſe, niſi bituminoſum ceſpitem: ideoque fumum eius non magis nocere, quam fumus, qui ex quolibet alio ligno naſcatur, laedat. Illuſtrationis cauſſa regiones, praecipue Belgium, commemorat, vbi magna in copia, ligni inſtar, turfa comburitur. p. 161. p. 162. p. 164.

3) Hunc excipit commentarius CAROLI AUGUSTI SCHEIDTII, *ſiſtens tentamen methodi practicae, qua ſtrata lithanthracum in montibus eorum* p. 169.

*) v. IOH. HARTMANN DEGNERS *neu entdeckte Goldgrube Deutſchlands. Leipzig.* 1731.
**) v. EIUSD. tractatus de Turfis, 1758.
***) cf. EIVSD. ſcriptor diaeteticorum T. V.

eorum facile inueniantur, atque recte exeolantur. Cum, praeter Cl. LEHMANNVM *), et FRIEWALDVM, **) quorum alter modum lithanthraces inueniendi, alter culturam eorum expoſuit, ex recentioribus nemo hanc ipſam rem pertractauerit, neque illi Cll. viri eandem plane exhauſerint, Cl. Auctor cum eorum veſtigiis inſiſteret, atque, quae deeſſent, proprio ſtudio ſaepeque repetita experientia adderet, hanc exarauit tractationem. Quam quidem in ſex diuiſit capita; quorum prius vtilitatem lithanthracum, cauſſasque, quae, iis magis ligni loco vti, ſuadeant, exponit; alterum naturam montium lithanthracum, eorumque ſitum tradit; tertium, quo modo ſtrata lithanthracum lapideis parietibus (*Steinwände*) varie diuellantur atque in venis ſuis mutentur, docet; quartum exhibet regulas montes lithanthracum, eorumque ſtrata in telluris ſuperficie explorandi; quintum agit de iuſta cultura et exploratione ſtratorum lithanthracum in ipſis fodinis; ſextum denique remedia, quae vaporibus lithanthracum occurrant, proponit. Breuitati ſtudentes, quaedam tantum notatu nobis digniſſima viſa excerpamus.

p. 174. Nominat Cl. Auctor lithanthraces, corpus ſolo paludoſo natum, quod lapidi foſſili ſimile, atque ex humore aqueo, ſpiritu ſulphuris acri, duplici bitumine, et ſale acido commixtum reperitur. Ex his ſequi putat, eos inflammari poſſe; atque, cum ligni copia in quibusdam regionibus, praeſertim iis, quae carbonum foſſilium copia abundent, imminuatur, et illi maiorem, quam quidem ipſum lignum, efficiant calorem, commodis hominum admodum inſeruire. Vapores adeo non nocere, vt etiam

*) v. EIVSD. liber cui titulus eſt *Geſchichte der Flötzgebürge.*

**) v. Acta Academ. Holmienſ. T. I. ſeq. vbi hiſtoria lithanthracum auct. EOD. continetur.

etiam puritati aeris prodeſſe videantur. Praeterea in ipſa cultura lithanthracum multa inopinato, mineralogiae fauentia, commoda enaſci poſſe. Quaedam, quae, quominus colantur, impedire videantur, incommoda non tanti habenda eſſe, quae ab eorum exploratione homines detineant. De ratione eos in vſum adhibendi monet, cauendum eſſe, ne recentes et madidi lithanthraces candentibus ſubito imponantur, ſed ſenſim eſſe admouendos. In promontoriis, quae in planitiem ſubinde abeant, atque, vbi ſtrata terrea, ſabuloſa, et lapidis foſſilis reperiantur, lithanthraces plerumque inueniri oſtendit. Loca deinde horum montium ſingula indicat, atque ſtratorum terreorum cet. cum lithanthracum ſtratis veram ſitus rationem, et quasdam ab eo aberrationes oſtendit, atque iconibus illuſtrat: naturamque lithanthracum ipſorum variam eſſe oſtendit. p. 177. p. 179.

In ipſa ſtratorum lithanthracum perſcrutatione ſubterranea, ad inclinationem eorum attendi iubet, atque operam dari, vt cuniculus in *pendente*, quod cum ſtrato angulum obtuſum formet (*im Hangenden*) ad ſtratum vſque ducatur, et, ſi aer deficiat, *putei* effodiantur; ſin, quo minus id fiat, locorum ratio impediat, varias affert rationes, quibus, quod quaeritur, obtineatur. In ipſa ratione tractandi et colendi duplicia ponit ſtrata, vel *ſenſim* ſeſe *inclinantia*, vel prope *verticalia*. In prioribus videndum, vt *cuniculo* applicato tractari queant; ſin id minus fieri poſſit, *puteo* ad ſtratum penetrandum eſſe, atque tum communi modo tractandum. Poſteriora tractatu difficiliora eſſe, cum non in vna ſerie procedant, ſed lapidibus aliisque modis diſiungantur. Quare regulas, quibus rurſus inueniantur, tradit. Vaporum duplex genus eſſe docet, alterum ab exhalatione foſſorum, lampadum, et humidita- p. 195. p. 199. p. 206.

ditatis natum; alterum a ſulphureis, oleoſis, venenatis, et rodentibus ſubſtantiis ortum, quod in fodinis lithanthracum ſaepius obueniat. Priores non adeo nocere, poſteriores ſubito vita homines privare. His occurrendum directione fodinarum ea, qua liber accedat aer: quo praeſtito, varia foſſoribus vſitata auxilia, ipſiusque TRIEWALDI remedium, qui furno paruo ignito aerem noxium diſpulit, recte et cum ſucceſſu adhibeantur.

p. 211. 4) Additae denique ſunt *icones et hiſtoria duorum verorum totidemque falſorum petrificatorum*, Auctore IACOBO CHRISTIANO SCHAEFFERO, Reg. Mai. Danicae Conſiliario, cet. Ad ſpuria petrificata refert lapidem, cui litterae inſcriptae eſſe videbantur, atque zoolithum, qui canis imaginem quodammodo repraeſentabat; vera autem, duo carpolithos eſſe, dicit. Deſcriptionum ratio ex iconibus eſt cognoſcenda. De cauſſis vero, Cl. Auctorem ad diuiſionem hanc mouentibus, notamus:

p. 222. Primum lapidem ideo Ei videri ſpurium petrificatum, quod litterae non inſculptae, ſed eminentes fuerint; alteri autem, praeter diſſimilitudinem eiusdem cum quopiam animali, propter nimiam paruitatem veram petrificationem non poſſe tribui. Ortam eſſe, ex Cl. Auctoris ſententia, hanc horum lapidum figurationem ex pluuiis, ſabulum ita paullatim lapidibus apponentibus, vt propter varium eorum ſitum diuerſae figurae enaſcantur. Hanc ſententiam probabilem Ei videri, cum, quod in lapidibus veſtigia guttarum et varii fluxus inuenerit: tum, quoniam pluuiae cadentes in qualibet arena varias figuras forment, quibus forſan nil, niſi induratio, ad petrificati naturam induendam deſit.

p. 229. Vera petrificata cum Cll. WALLERIO et VOGELIO definire, fructum vero in iis contentum legu-

leguminoſum, nobis quidem ignoti generis, fuiſſe rationibus probare.

Ex voluminis ſecundi parte poſteriori ſequentes afferamus commentationes: Vol. II. P. II.

1) *Tentamen geographiae metallurgicae, qua tota tellus tamquam mons ſtratoſus, eius autem montes vt declinationes totius conſiderantur, additis, inde deriuatis, certisque regulis, quae, quomodo in illa venae, metalla, ac mineralia exquirenda ſint, doceant.* Auctore CAROLO AUGUSTO SCHEIDTIO. Cum nullus adhuc, in quo, quae ad metallurgicas diſciplinas pertineant, proponatur, liber exſtet *): quarum quaedam quidem iam tractatae; multae earum tamen vel parum excultae, vel omnino neglectae reperiuntur: in praefatione breuem ſciagraphiam eiusmodi diſciplinarum Cl. Auctor offert. Quorſum etiam hanc, quam proponit, geographiam referendam eſſe affirmat. Quae in ea tractat, eo redeunt, vt primo de origine telluris agat; deinde ſuperficiem eius conſideret, atque in cauſſas, quae diuerſam eius faciem efficiant, inquirat; tum interiorem illius ſtructuram, quatenus ea reſpectu ſtratorum terreorum et lapideorum detecta ſit, indicet; et denique quasdam exhibeat regulas inueniendi terrea lapideaque ſtrata, eorumque venas et extenſas et cumulatas, fiſſurasque, mineralia atque metalla. Quae cuncta, cum viſum fuerit, iconibus in tabula additis, illuſtrat. p. 61.

Putat Cl. Auctor in principio, cum omnia in motu fuerint, terreas partes aquae immixtas fuiſſe, ſpar- p. 80.

*) Quod quidem tum, cum haec ſcripta eſſet commentatio, vere dixit Cl. Auctor; iam vero propoſuit IOH. GOTSCH. WALLERIVS *in Elementis Metallurgiae. Holm.* 1768. p. 2. v. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 31.

ſparſimque quaſi innataſſe; motu vero hoc definente, illas ſeſe attraxiſſe, et demum fundum ita petiiſſe, vt grauiores infima loca occuparent, leuiores autem ſuperficiei magis propinquae eſſent; quae tamen ſententia nobis continuo terrae motui repugnare, meliusque ex vi, quae dicitur centripeta, explicari
p. 84. videtur. Ex motu terrae, qui quietem paullo poſt ſecutus ſit, aquam quoque, et aerem atque ignem commota fuiſſe, ex quorum, praecipue aquae, viribus et actione in terram adhuc mollem, montes, variasque in tellure conſpiciendas mutationes nata eſſe confirmat. Praeterea telluris motus huc que-
p. 90. que multa contribuiſſe Telluris ſuperficiei quadruplicem generatim faciem adſcribit, vt vel plana ſit, vel promontoria oſtendat, vel medios, vel denique ſummos montes conſtituat. Internam horum locorum ſtructuram in diuerſis variam eſſe proponit. In
p. 93. planitie enim terrea atque lapidea ſtrata horizontalia inueniri, ita, vt humum proprie ſic dictam ſequantur limus, arena, argilla et glarea, donec minores ſabuloſos lapides, calcea et gypſea, atque lapidis foſſilis ſtrata excipiant, vbi interdum petrificata varia inueniantur. Praeterea in paludoſis locis ſtrata turfoſa inueniri: metallica raro, nitroſas contra, et vitriolicas, aluminoſasque, atque ferrum continentes terras in planitie effodi: in collibus, praeter ſupra commemorata, varias ſilicis ſpecies, quae gemmae dici ſoleant, reperiri: marium lacuumque eandem fere ac continentis faciem videri: ſalinam eorum naturam non tam ex ſcaturiginibus quibusdam, quam potius inde eſſe deriuandam, quod aquae ſalia ex terra quaſi elixiuarint, fonteſque ſalinos forſan ex maribus per ſubterraneos ductus natos eſſe.

p. 95. Promontoria generatim offerre fontes ſalinos, turfam lithanthraces, et varias humi ſabulique ſpecies.

His

His traditis, ſtratum cupreum, quod praeterea lapidem foſſilem contineat (*Kupfer Schieffer Flötz*) deſcribit, variaque metallurgorum nomina explicat, atque, quae corpora in rimis inueniantur, proponit. In mediis montibus, qui metallorum proprii ſint, p. 103. ſub humo varia lapidum genera reperiri, atque rimas arcuatim deſcendere, variaque in iis poſita eſſe et lapides, et metalla, terrarum denique ſtrata illos, vt promontoria et planitiem, varia offerre. Cum p. 109. ſummorum montium interior ſtructura, ob varia impedimenta, non ſatis cognoſci poſſit, eos et a quadam ſubterranea vi, et a motu aquarum effectos eſſe, generatim vero cum caeteris conuenire proponit. Regulas, quas addit, hic commemorare, breuitate impedimur.

2) Tractatio *de vſu commodisque ſalis communis, tum iis, quae homines et animantia bruta, vegetabiliaque et inſtituunt, et ſentiunt: tum, quae chymiae, et mechanicae, variisque artificiis, atque agriculturae, reique familiari tribuit.* Auctore WOLFGANG THOMAS RAU. Poſtquam rationes, quibus commotus hanc commentationem conſcripſiſſet, atque quas in conſcribenda ea ſecutus eſſet, commemorauit: ipſam tractationem, quam in quatuor capita partitus eſt, aggreditur. Quorum quidem primum de ſale communi generatim agit, vſumque, quem homines ex eo hauriant, exponit; alterum, quid pecoribus, tertiumque quid vegetantibus conferat commodi, declarant; in quarto denique commoda eiuſdem in varias diſciplinas artificiaque Cl. Auctor enumerat. Cum, quae in primo capite de variis ſpeciebus ſalis communis, parandique modo, commodis et incommodis eiuſdem dicuntur, maximam partem ex aliis auctoribus collegerit Noſter, de iis nihil referimus, praeterquam p. 141.

p. 155. quod ſal hoc mulierum foecunditatem augere cum IOHNSTONO *) probabile eſſe cenſeat. Ex iis-
p. 161. dem, quibus hominibus conueniat ſalis vſus, cauſ-ſis, animantibus brutis quoque prodeſſe affirmat, et experientia probat. Non enim ſolum iumentis, atque equis, praecipue ouibus, in pabulum commodiſſime immiſceri; ſed etiam in morbis, quales ouium vermes, obſtructionesque, et appetitus deprauatus, atque porrigo ſint, aliique multi in equis, iumentiſque, praecipue in his lues, quae dicitur, bouina, maximi vſus eſſe.

p. 180. Vegetantibus conuenire ideo, quod omnis nutritio ex ſalibus oleoſisque partibus oriatur; quibusdam tamen, vt *Fago Caſtaneae* LINN. obeſſe contendit, et varios ita terram corrigendi modos proponit: atque, ſi terra muria ſaepe aſpergatur,
p. 188. optime inſecta arceri a plantis affirmat. Ex ſale communi varia ſalia nitrumque parari poſſe, quod, quamquam facilius alia via efficiatur, hoc ſale tamen eius originem multum iuuari aſſerit: praeterea eius ope ferrum in chalybem mutari, atque tombacum album parari: in arte figularia hoc ſal ad vitrificanda vaſa adhiberi, ipſamque calcem, in re caementaria neceſſariam, maiorem inde firmitatem adipiſci: ad ſaponis praeparationem addi, atque ad varias macerationes, quales ſint corii, linteorumque, requiri: denique res, quae diu ſeruandae ſint, vt butyrum, fructus varii vegetabiles, vinumque ipſum, ita a corruptione defendi.

p. 199. 3) Tractatio *de fonte ſoterio, qui dicitur* der Heilbrunn, *in Bauaria ſito.* Auctore IOSEPHO ANTONIO CARL. Quae fontis huius eſt vis ſanandi magna, ea Cl. Auctorem mouit, vt ipſum adiret, atque cauſſas huius vis perquireret. Hiſtoriam

*) v. EIVSD. *Thaumatogr. natural.* p. 128.

riam eius, cum a Cl. GEYERO, *in Fontigraphia* a. 1636 edita, tractata iam eſſet, praeteriit; iam vero ipſas eius partes conſiderat: quas eſſe dicit, praeter aerem, aquam et ignem, ſal commune, et alcali fixum, vitriolumque martis, atque terram cretaceam. Salis communis praeſentiam ſatis apparere perhibet, ex ſapore, ex colore lacteo, quem cum ſolutione plumbea, argenteaque, atque mercurii viui offerat, puluereque inde praecipitato vel albo, vel flauo rubroque immiſto, ex cryſtallis, illis ſalis communis ſimilibus, et denique ex decrepitatione, ſi in ignem cryſtalli mittantur, quae et cum oleo vitrioli efferueſcant. Cum ſyrupus violarum in colorem viridem mutaretur, praecipue vero charta coerulea, acetoque rubri coloris facta, primum rurſus oſtenderet colorem, fontis aqua immixta: lintea, hac aqua lota, flaueſcerent, vrinamque redolerent, praeſertim, ſi cum ſale volatili commiſceretur aqua, odorem alcali volatilis offerret: mercuriuſque ſublimatus ſolutus, cum lixiuio, eluitione ſalis communis nato, mixtus, aquam flauo colore tingeret, atque eiuſmodi ſedimentum praecipitaret: et denique ſal ammoniacum cum ſale huius fontis, ſeſe, inſtar tartari, vaſis apponente, deſtillatum, ſal vrinoſum, nullum vero ſpiritum praeberet: collegit Cl. Auctor ſal alcali minerale marinum huic fonti ineſſe. Vitriolum martis in eo contineri haec perſuadere putat. Mercurius aqua forti ſolutus ſedimentum album quidem, flauo tamen immixto, praecipitauit; aqua gallarum aquae fontis nigrum dedit colorem: ouorum, hac in aqua coctorum, teſtae fuſco colore praeditae apparuerunt: atque ſal calcinatum, multoque igne tractatum, magnetem tandem attraxit. Terram, quae inſit aquae, cretaceam eſſe inde certum exiſtimat Cl. Auctor, quum, quod adhaeſit, calcinatum ſaporem vrentem,

p. 205.

p. 209.

p. 214.

p. 218.

quo antea careret, acceperit, aliasque calcis dotes oſtenderit, atque in aqua cum ſulphure coctum, hepar ſulphuris praebuerit: et denique cum ſale ammoniaco deſtillatum coeruleum alcalinum ſpiritum emiſerit: quod, etiam cupri aliquid ineſſe, oſten-
p. 223. dere videatur. Ex his vim huius fontis medicam explicat, eamque reſoluendis fluidis viſcidis, obſtructis, cet. roborandis ſtimulandiſque ſolidis maxime ſeruire pronunciat, ideoque in multis morbis egregia effecta edere; ſimul tamen omnia, quae in vſu omnium fontium attendenda ſint, diligenter eſſe obſeruanda, quo, quae iam eueniſſent, mala vitarentur.

p. 232. 4) EIUSDEM tractatio *de fonte Sulzerano in Bauaria ſuperiore.* Indicato loco, in quo fons hic ſitus eſt, partes, quas contineat, deſcribit Cl. Auctor, et denique quaedam de eius viribus medicis addit. Contineri vero in eo dicit, praeter ignem aeremque, hepar ſulphuris, ferrum, vitriolum martis, ſal commune, terram calcaream et ſeleniticam. Quae, ad haec demonſtranda, adhibuit tentamina plurima ideo praeterimus, quod cum iis, quae in antecedente tractatione propoſuit, conueniunt, atque ſolum, quae addidit noua, commemoramus.
p. 236. Odor illi ex hepate ſulphuris exſpiranti ſimilis, attractio ferrearum partium, hepate ſulphuris ſolutarum, per magnetem, et mutatio coloris argentei in brunum, hepar ſulphuris demonſtrant. Calcareae terrae praeſentia, ex ſedimento cinereo, ignis
p. 241. vi calcis proprietates acquirente, apparet. Parum ſelenitis ineſſe colligit inde, quod ſedimentum huius fontis, aqua elixiuatum, cum ſale tartari et puluere carbonum mixtum, in crucibulo bene clauſo poſitum, igni ſuperimpoſitum, atque denuo elixiuatum, hepar ſulphuris redoleret: id enim docere dicit acidum vitriolicum cum terra intime con-

coniunctum esse, id quod seleniten constituat. Proportionem harum partium his subiungit Cl. Auctor, et vim medicam esse resoluentem, atque stimulantem, nec non diureticam confirmat. p. 243.

5) Tractatio *de mineris cupri, in qua causſae, cur cuprum adeo difficulter ex iis eliciatur, examinantur.* Auctore IOANNE FRIDERICO PETITO. Ex latino sermone in Germanicum versa. Causſam generalem, quae, ne cuprum facile ex mineris eliciatur, prohibeat, in praesentia multarum mineralium et semimetallicarum partium quaerendam esse affirmat; atque ita appariturum esse, quod ferrum, sulphur et arsenicum, praecipue omnium zincum, impediat, quo minus cuprum ex his mineris, quas solum intelligit, atque quae, cum ex illis partibus constent, naturam habent lapidis calaminaris, facile obtineatur. Modum, quo Cl. IUSTI *) facilius id obtineri putat, vix sufficere, quin iis sumptibus, atque communis ratio, perfici. Vstionem itaque solam esse cuprum obtinendi rationem affirmat. p. 247. p. 252. p. 251. p. 257.

6) IACOBUS CHRISTIANUS SCHAEFER enumerat ea, quae, *tentamina lanam semina cingentem* Populi nigrae LINN. *atque* Eriophori polystachii LINN. *in oeconomia cum fructu adhibendi, secuta sint euenta.* Etsi eum, quem primum sibi proposuerat, finem, his tentaminibus inopiae chartae succurrendi, non plane assecutus est Cl. Auctor; tamen non omnino inutilia et lectu admodum digna videntur. A GUETTARDO **) propositae plantarum, quae rebus ad conficiendam chartam adhibi- p. 260.

*) v. EIVS. *Neuentdeckte Wahrheiten zum Vortheil der Naturkunde und des gemeinschaftlichen Lebens der Menschen.* Pars IX.

**) vid. Iournal oeconomique. Iuillet. 1751. 8.

hibitis ſubſtitui poſſint, enumerationi inſunt *iuſſo-rae* et *gramineae*: ex quibus eae etiam ſunt, quarum tentamina, praemiſſa vtriusque plantae hiſtoria, hic
p. 275. proponuntur. Primo tentamina enarrantur, cum lana populi nigrae inſtituta, eorumque euenta. Quae ſunt ſequentia: charta, quae exinde parata erat, non votis reſpondit, ſed cinerea, non ſatis firma, et nodis inaequalis facta eſt; cui vitio tamen forſan macerationem lanae huius in calce mederi poſſe coniicit Noſter: ad fila lanea conficienda adhiberi ſola non potuit; cum vero eius partibus duabus goſſypii pars vna adderetur, ceſſit parationi, atque varia panni genera, indeque effecta veſtimen-
p. 288. ta exhibuit. Ex lana eriophori polyſtachii, cum quinque tantum vncias haberet, ob paruam copiam charta non potuit confici; probabile vero eſſe aſſerit, vt inde efficiatur charta admodum vſibus conueniens. Neri non poterat ſola; ſi vero pars eius vna cum ſerici partibus tribus commiſceretur, tum omnibus, quibus ſericum tractatur modis, parari poterat, et variis rebus, quas affert, ſeruire.

p. 299. 7) *Obſeruationes medicae, de variis ad medicinam pertinentibus, notatuque dignis argumentis.* Auctore FRIDERICO CASIMIRO MEDICO. Obſeruationes de veſicatoriis in pleuritide loco dolenti impoſitis, perutilibus: de vi moſchi in mania cum epilepticis motibus: atque de variis hydropis ſpeciebus earumque curatione hic referuntur; cum vero easdem alii libro inſeruerit Cl. Auctor, atque a nobis ſupra *) iam recenſitae ſint, illinc Lectores noſtros amandamus.

Vol. III. P. II. In tertii voluminis parte altera ſequentes ad nos pertinentes reperimus tractationes:

1) *De*

*) v. ſupra pag. 220. ſeq.

1) *De arena fluuiatili* tractatio. Auctore p. p. 183.
CLARO MAYR. Ordini S. Benedicti adscripto Vormbacensi. Proponuntur hic quaedam tentamina, cum arena fluuiatili Oeni fluminis instituta, atque, quae ex his colliguntur, ratiocinia, eo ordine, vt primo singulae partes earumque proprietates describantur, deinde ea in vniuersum consideretur, tum de eius vsu quaedam subiungantur. Quum p. 186.
eae, quas microscopio detegamus, partes sint *calcarei silices*, *crystallina frusta*, alia *quarzea*, alia *micasea*, *ferri* magna copia, aliaque *metallica frustula*, atque pauca *bruna humus*: nominat hanc arenam *calcareum ferrumque continentem arenaseum*. Ferri singularem p. 188.
naturam fuisse eam commemorat, qua non omne acidis, etiam fortissimis solui posset, sed magnetem magnam eius insuper ex arena eduxisse copiam: quae ideo sit ferrum nulla rubigine corrumpendum. Probabile esse has, quas in parua arenae copia ostenderit ferrum dotes, etiam in maiori fore, an vero appariturae sint, non audet decernere. p. 190.
Cum moueatur arena, flumina turbidare, idque a p. 191.
calcareis partibus, quae quasi fermentent, terreisque pendere; quum in quietem tendat, varia varii p. 193.
coloris offerre strata; si plane quiescat, superius cinereo tegi tegmine, inferius magis margaceum, coeruleum colorem ostendere: in interna eius parte varia petrificata occurrere. Quae inde redundent p. 194.
vtilitates in correctione et foecundatione consistere agrorum pratorumque, quum ita et emolliatur et pluuiae partes pingues facilius retineat terra: quod experimentis et filtratione aquae per arenam Nesler demonstrat.

2) EIUSDEM *de nouo serico vegetabili* commen- p. 198.
tatio. Quamuis haec, quam Cl. Auctor describit *Asclepiadis syriacae* natura, nobis iam non noua vide-

videtur *); notamus tamen, praetermiſſis iis, quae de deſcriptione illius affert, Eum ſericum huius plantae ad varias res conficiendas, quales ſint, textilia, atque papyrus ſcriptoria, goſſypio addito, cum ſucceſſu adhibuiſſe.

p. 213. 3) Tractatio *de modo, quo ex humo turfoſa atque paludibus fructus ſint hauriendi.* Auctore P. BENNO GANSERO, Ordinis Benedicti Monacho Oberaltaichenſi. Cum, quae in hac tractatione continentur, maximam partem ab aliis viris Cll. LINNAEO **) DEGNERO ***) et BERNHARDO ****), aliisque dicta, ab Auctore in ſuam rem conuertantur, atque, quae in primo volumine traditae ſunt tractationes de paludibus et turfa *****), alia confirmentur, alia oppugnentur: ſufficiat Lectoribus noſtris ſumma
p. 215. ſolum capita indicare. Quorum ſeptem ſunt: primum originem paludum declarat, quam ab aquis, a montibus defluentibus, vel e fluuiis venientibus,
p. 218. atque hic ſtagnantibus deriuat; ſecundum de natura turfae exponit, eſſe eandem vegetabilia quaecunque ſtagnantibus paludum aquis putrefacta, neque facile ſuccreſcere, ideoque non eſſe
p. 225. comburendam; tertium aquas ex paludibus deriuare
p. 230. praecipit; quartum de correctione turfae paludum-
p. 235. que quaedam addit; quintum quo paludes modo
p. 236. tanquam arua; ſextum tanquam prata; et ſeptimum
p. 238. vt ſiluae vtiles eſſe poſſint, oſtendunt.

p. 247. 4) *De generatione naphtae, hactenus incognitae, ex ſale communi* commentatur IOANNES PETER SPRING,

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 464.
**) vid. EIVSD. *Her. Scanic.*
***) EIVSD. *phyſicaliſche u. chym. Erörterung vom Torfe. Leipz.* 1760.
****) EIVSD. *Abhandlung vom Wieſenbau. Leipzig*, 1763.
*****) v. ſupra p. 280 et 283.

SPRING. Med Doct. Elect. Rei Numiſmaticae et Metallicae Conſiliarius et Medicus Aulicus. Omiſſis, quae de naphtarum vitrioli et nitri fatis exponit Cl. Auctor, ex multis, quae proponit, tentaminibus tria modo afferamus, vbi naphtam ſalis communis obtinuerit. Cum naphta nihil aliud ei eſſe videretur, quam ſpiritus, acido minerali in oleum mutatus, adeoque maxima vis acidi, quam acido ſalis deeſſe putabat, ad illum perficiendum requireretur, variis modis acidum ſalis eruere tentauit; quod vero prius non ſucceſſit, quam donec acido ſalis lunam corneam praecipitaret, praecipitatum oleo vitrioli miſceret, atque ita ſpiritum ſalis deſtillaret: qui ſpiritu vini commixtus, rurſus ſenſim deſtillatus, paullum naphtae offerret. Quam vero, cum ad lunam cornuam ſpiritus nitri veniat, non ſolius ſalis ſuiſſe, ſed nitri, animaduertit Auctor. Quare acidum ſumſit ex mercurio ſublimato, eodemque inſtituto labore, praeter quam quod, loco ſpiritus communis rectificati, ſpiritum alcaliſatum ſumeret, naphtam veram ſalis ſe obtinuiſſe aſſerit. Huic autem experimento, quod nimio conſtaret, ſubſtituit denique vulgarem ſpiritum ſalis, eundemque cum ſpiritu vini alcaliſato commiſcuit, atque ſic quoque naphtam accepit. Putat igitur non in ſolius acidi ſalis natura, ſed etiam in qualitate ſpiritus vini cauſſam, cur naphta oriatur, poſitam eſſe. Ex his experimentis aliisque ſe nouam de origine naphtarum formaſſe theoriam Cl. Auctor dicit, eamque proxime propoſiturum eſſe promittit. p. 258. p. 262. p. 263. p. 265.

5) *De lepra, eiuſque cura*, obſeruationes. Auctore WOLFGANG THOMAS RAU. Leprae, quam ſummum ſcabiei ſiccae gradum dicit, et ex pilorum mutatione defluuioque, puſtulis in capite, p. 269.

arteriarum temporalium ſublingualiumque nigredine, ſenſuum obnubilatione, et cinereis per totum corpus oriundis ſquamis, aliisque ſignis cognoſci perhibet, duo hic proponuntur, natura tamen di-
p. 271. verſa, exempla. Alterum in homine quinquaginta annorum, phlegmaticae melancholicaeque naturae, et victu minus bono nutrito, poſtquam a ſpina ventoſa antibrachii ſaliuatione curatus eſſet, conſpiciebatur, eumque vehementiſſime afficiebat. Curatus tamen eſt, praemiſſo decocto lignorum crebriusque purgantibus ex mercurio dulci exhibitis, vnguento neapolitano inuncto, quod deiectiones excitauerat, ſicque morbi vim infregerat. Alterum in femina, ſeptemdecim annos nata, nec dum menſtrua experta, natum eſt, quod in eo a praecedenti differebat, vt ſquamae pauciores, dolores autem artuum vehementes, pedes manuſque immobilia et contracta eſſent. Reſtituta mulier eſt mixtura SWIETENII *) aliisque reſoluentibus medicamentis, atque bono et nutriente victu, addito poſt curationem balnei Bollerani vſu. In annotationibus addit Cl. Auctor hiſtoriam huius morbi, atque veteres recentioresque refert curandi methodos.

Vol. IV. P. II. In quarto volumine continentur tractationes, quae ad quaeſtiones, pretio quodam propoſitas, elaboratae ſint; e quibus ſequentes commemoremus.

p. 2. 1) Tractatio ſuper quaeſtione *de commodiſſima furnos et patinas in ſalinis exſtruendi ratione*. Auctore CAROLO AUGUSTO SCHEIDT. Quam ita propoſuit, vt primo quasdam, huc pertinentes ignis qualitates tentaminibus et experientiis declararet: deinde quaedam hactenus adhibitorum furnorum vitia oſtenderet, et denique ex illis nouam, quae

*) vid. comm. noſtr. Vol. V. p. 717.

quae haec corrigeret vitia, ſtabiliret furnos patinasque exſtruendi rationem. Quum ex tentaminibus, atque experientiis pateat, omnia fluida, ita et ignem, ſubtillime motu gyrali moueri: colligit furnos rotundos, eosque, qui aeri liberum aditum permittant, eſſe et maxime naturales, et rei cuicunque conſequendae aptiſſimos. Ex furnis, qui adhuc adhiberi ſoleant, optimos eſſe dicit oblongos quadrangulosque, eiusmodi etiam craticulis inſtructos; quibus tamen inter alia haec ſint vitia, vt focus craticulaque nimis magna ſint, et ſpiracula fumum lateribus patinae apponant, imo eo obſtruantur: praeterea etiam ignis vis non aequaliter expandatur, patinaeque et nimis magnae, et inepte ſibi ſuperſtructae ſint, fundusque earum facile inaequalis fiat. Suadet itaque, vt et furnus, et patinae circulares exſtruantur, proportionemque ſingularum partium indicat, atque additis iconibus illuſtrat. p. 11. p. 14.

2) De eadem quaeſtione tractationem proponit IOANNES GOTTLOB ANGERMANN, quae duodecim aureis coronata eſt. Poſt quam varias ſalis communis ſpecies eiuſque principia enarrauit Cl. Auctor: quo modo aqua ſalina elixiuetur, atque ſal commune inde paretur oſtendit: deinde, quae in ſale parando adhibeatur ignem applicandi ratio, proponit: et denique patinarum furnorumque qualitates propriamque ea exſtruendi rationem offert. Cum vero, quae hic dicantur, paſſim in praecedente tractatione pleraque dicta ſint, paſſim ab aliis iam commemorata: id ſolum notamus, Cl. Auctorem quadrangulam furnorum patinarumque figuram retinuiſſe quidem, ſed duplicem, alteram, in qua lignum adhibetur; alteram, vbi lithanthracibus turfaque ſal paretur: atque propterea potiſſimum ab Academia ornatam eſſe hanc tractationem pre- p. 31. p. 36. p. 38. p. 43. p. 45. p. 49.

pretio, quod res rei publicae vtiles, comparandasque facile contineat.

p. 55. 3) Commentatio ſuper quaeſtione; *quid plantae ipſae ad praeparationem ſucci nutritii conferunt, atque quid vario ſolo, cum incrementum iis inaequale ſit, eſt tribuendum? Poſſuntne et varia eiusdem bonitas, et vitia, chemicis tentaminibus, potiſſimum reſpectu agriculturae, vtili ratione definiri?* Auctore Cl.

p. 61. VON IUSTI. Diuiditur ea ad normam quaeſtionis in tres partes: quarum prima, tradita ex phyſica vegetabilium eorum creſcendi ratione varia, oſtendit, ex diuerſitate variarum plantae partium nihil adeo certi elici poſſe, vt ſaltim ſciamus vaſa plantarum maiora alios nutritios ſuccos, quam minora exigere, ideoque varias plantas in vno eodemque ſolo creſcere, et, ſi per annos eidem diuerſa inſerantur ſemina, ſine ſimatione ea naſcitura eſſe et vegetatura; generatim vero nutrimentum, quod ex terra hauriant vegetabilia, eſſe aliquod ſal neutrum, ex ſale acido catholico, alcali volatili et ſuco compoſitum; ſique quid coniicere liceat, ſal acidum primum forſan eſſe vis actiuae elaterem.

p. 74. In altera parte virtutes vitiaque ſoli affert. Sit illud oportet ſale foecundante repletum, aliaque, quae officiant, acida mineralia et nimia acidi vegetabilis copia, in turfoſis agris conſpicua, ſint remota; ipſum vero mollitiem quandam habeat: quapropter argilloſum, et limoſum, gypſeum, calcareum, cretaceumque, atque lapideum ſterilitatem afferat: et denique firmum ſit ſolum, ne radices vento euellantur vel terra deſtituantur: hinc arenoſum glareoſumque minus conuenire.

p. 81. His propoſitis tertiam, qua ſigna cuiusque ſoli, ratioque illud corrigendi deſiderantur, ſoluit Cl. Auctor quaeſtionis partem. Si acidis mineralibus, vitrio-

vitriolo praeſertim, ſcateat ſolum, madidum cum ſit, nigri coloris videri; ſiccatum vero, rubicundi flauicantisque euadere, praeterea chemice tractatum ſigna acidorum oſtendere aſſerit: corrigi illud putat, ſi addantur, quae alcalinae ſint naturae, vt calx, cinis, margaque alcalina. Turfoſam cognoſci eiusdem indolem ex ſpongioſa mollitie reliquisque turfae ſignis, corrigi eandem, ſi ſola ſit, exſiccatione *): ſi vitriolum praeterea adſit, alcalinis ſubſtantiis. Argillam ſolo ineſſe apparere dicit ex lubricitate, ſi humidum ſit; ſin ſiccum, ex rimis, quae in eo oriantur; fertile illud fieri, immiſta marga alcalina. Rubicundum flauumque colorem limoſum ſolum indicare, praeterea cognoſci, ſi maſſa quaedam combuſta, humidum attrahat et ſponte corruat; illudque et fimo, et arena corrigendum praecipit. Calceum, gypſeum, cretaceumque et margaceum ſolum eſſe, ſi aqua fortis immiſta drachmae illius ſoli efferueſcentiam excitet; mutari illud et fertile fieri, ſi limus combuſtus ei immiſceatur, quod, quomodo optime fiat, proponit. Solo iam intuitu lapideum cognoſci ſolum; quod tamen vix, niſi diligenti lapidum depuratione, poſſit corrigi. Arenoſum, quod quoque ſtatim cognoſcatur, quacunque ſoli ſpecie, praeter argillam, meliorem accipere indolem. Glaream, cum facile vento noua afferatur, noua quoque correctione egere: ideoque praeſtare, ea, quae ibidem creſcant vegetabilia, vt moros, illic colere.

p. 84.

p. 87.

p. 89.

p. 90.

p. 92.

p. 93.

p. 95.

4) Super eadem quaeſtione tractatio, Auctore Cl. WALL, Paſtore: quae nummo duodecim florenorum pretio ornata eſt. Eodem, vt ſuperior tractatio, modo haec quoque propoſita eſt. Putat Cl. Auctor ſuccum in plantis perfici filtratione, in cellulo-

p. 97.

p. 203.

*) vid. ſupra, p. 282.

luloſo radicis, trunci, ramorum foliorumque contextu incepta, atque in gemmis continuata, et digeſtione et mixtione intimiori in articulis et nodis. Vnde ſequi dicit, vere foliis eſſe parcendum; cum vero fructus matureſcant, ea eſſe imminuenda; deinde corticem trunci ramorumque eſſe purificandum, atque nodos tot, quot fieri poſſint, eſſe effi-
p. 210. ciendos. Deinde plantas laetiſſime in ſolo crescere, quod ſubtiliſſimam terram, quae non, niſi arte chemica, ex aliis elici queat, offerat: id quod ex ſubtilitate vegetabilis animalisque terrae, agricolarumque terram comminuendi opera, patere arbitratus. Non tamen certe poſſe definiri, quaenam genera-
p. 220. tim vegetabilibus maxime conueniat terra. Solum in genere illud fertile vtileque eſſe habendum, cuius particulae terreae iuſte inter ſe cohaereant: quare requiri, vt varia eiusdem genera inter ſe commiſceantur, atque cultura in bono conſeruetur ſtatu: deinde, quod facile *principium vegetans* nitrum nempe volatile, in ſe ſuſcipiat: et denique in quo maxima huius principii vegetantis copia reperiatur, quae quidem attributa terram alcalinam habere.
p. 226. Bonitatem vel vitia ſoli chemice cognoſci elixiuatione et calcinatione, elutriationeque atque commiſtione cum acidis: quibus, pro varietate effectorum, quae fertilis vel ſterilis ſit habenda terra, cognoſcatur.

Vol. V. Ex quinto philoſophicarum commentationum volumine *) ſequentes referimus:

p. 225. 1) Tentamen tractationis *de ſeparatione et praeparatione pauperiorum minerarum in fodinis metallicis.* Auctor

*) Inſtitutum Academiae in edendis his commentariis in quinto volumine et ſequentibus ita mutatum eſt, vt diſciplinae et hiſtoricae, et philoſophicae ſeorſim proponerentur.

Auctore CAROLO AUGUSTO SCHEIDT. d. 4. iul. 1765. Agit Cl. Auctor primo de neceſſitate ſeparandi praeparandique has mineras, vſuque, qui inde redundat: deinde indicat *machinas contuſorias*, quae ad praeparandas mineras pauperiores requiruntur; tum *foſſas contuſorias*, vbi minerarum contuſarum viliores partes fundum petunt, deſcribit: et denique varias minerarum *loturas* enumerat. E nonnullis praecipua annotemus. Cum, quae adhuc in contundendis mineris adhiberi ſoleat, quamquam ſit vtiliſſima machina; tamen, ob nimium attritum, in partibus eiusdem enaſcentem, minus apta inueniatur: eam, tradita illius deſcriptione delineationeque, indeque demonſtratis vitiis, tanquam inutilem reiicit, aliamque, quae hoc vitio careat, proponit, et icone illuſtrat. Quae eſt ita exſtructa, vt, ope duorum vectium, motus fiat ad rectangula, et vectis, qui in *trabis* extremitate ſuperiore per catenam cum ea coniunctus ſit, in extremis arcus habeat: inferior in altera extrema parte ſit arcuatus, in altera autem, quae rotam reſpiciat, craſſior inueniatur, quo *brachio* eam eleuante ſubducto, facile ſponte recidat. Ita omnem attritum impediri putat Cl. Auctor. Foſſas contuſorias adhuc adhibitas, cum non omnino finem expleant propoſitum, reiicit, aliudque, cuius commoda et vtilitates demonſtrat, receptaculum, in quo minerae contuſae deferantur, ſuadet. Componitur id ex aſſeribus abietinis, inſtar ſcalae ſibi inuicem ita appoſitis, vt omnium aſſerum ſuperficies horizontalis ſit, habeantque tranſuerſam latitudinem ſenſim increſcentem, ad longitudinem vero totius receptaculi eorum ſuperficies imminuatur. In lotura, vt *area curta* obtineat inclinationem mineris conuenientem, praecipit: quod idem WALLERIUS *) quoque ſuaſit. 2) *Ve-*

p. 230.

p. 237.

p. 249.

*) loc. cit. vid. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 31, ſeq.

p. 252. 2) *Veritates, experientia et cauta meditatione inventas, quae vim vitae omnium rerum colligentem, naturam intimam elementorum, naturalemque in generandis corporibus ordinem concernant*, offert ANTON RÜDIGER. med. doct. et chem. P. P. O. Lipſ. Quamquam in hac commentatione multa eaque nobis interdum obſcura, continentur; tamen ex inſtituti ratione non diu in eius recenſione im-
p. 256. morabimur. Vim corporibus propriam in ſaponacea ſubſtantia reſidere aſſerit, atque vim primam corporum colligentem eſſe *ſal eſſentiale* eorum, praecipue *illud, quod materiae inflammabili inhaeret.* Deinde, cum materia inflammabilis in omnibus etiam reperiatur corporibus, eaque iungat terram et ſal, in *ſulphure ſalis naturae* eſſe poſitam attrahentem colligentemque vim vitae, omniaque elementa ex illo enaſci dicit quidem Cl. Auctor; num vero ſatis demonſtrauerit, ſatisque perpenderit haec, quae dicta ſint, non tam, quam Ei videtur, cum rei natura conuenire, aliis diiudicandum relinquimus.
p. 267. Elementa corporum eſſe debere ſimplicia, pura, viua confirmat, eaque inueniri in elementis a BECHERO aſſumtis; cum vero is characteribus externis ea tantum conſideraverit, ipſeque naturam interiorem contemplatus ſit, ſe poſſe plures de qualitatibus atque viribus horum elementorum ſoluere quaeſtiones opinatur. Principium itaque corporum eſſe partem quandam vi propria et vita praeditam *ſulphuris naturae;* vel ſpiritum materiae inflammabilis, cum terra iunctum; vel terram vitreſcibilem, cum acido natiuo et aqua volatili connexam; vel terram alcalinam ſulphuris, acido volatili aquaque grauiori immixtam. Praeterea, quas vires exerant haec principia ſeparata, et, quomodo ea, comparatione cum paſſiuis vel deſtruentibus viribus cognoſcantur, proponit.

In

In ſexto volumine, cum vna tantum LINBRUNNI de chronologico ſyſtemate anni, quo Ieſus mortuus ſit, contineatur commentatio hiſtorico philoſophica, nihil, quod vlterius afferri a nobis poſſit, reperimus. Vol. VI.

XV.

IACOBI HERM. OBEREIDII, Arbore-felice-Heluetii, Chymiatri Lindauia-Acroniani, Academiae Scientiarum Electoralis Boicae ſodalis, vniuerſalis confortatiua medendi methodus; diſquiſitio noua. Carolsruhae, 1767. 8. pl. 10.

Eſſe regulas, in omni morbo curando attendendas, quae ad virium corporis, morbum venturum arcentium, praeſentem ſuperantium, conſeruationem faciant; atque adeo dari methodum medendi confortatiuam vniuerſalem auctor libelli ſatagit oſtendere.

Hinc primo ſanitatis notionem euoluit, eiusque duo quaſi ſulcra conſtituit, alterum *phyſico mechanicum*, expeditum ſcilicet fluidorum iuſtae copiae et indolis per ſolida firma et apte reſiſtentia tranſitum, indeque pendentium actionum omnium vigorem; alterum *athico pneumaticum*, ſiue rectum regimen actionum animae, quo praeter ſenſationes et voluntarios motus, *patheticos* quoque, qui affectus animi conſequuntur, et vitales refert, qui omnes ope fluidi nervei, pro temperamento enim, aetatis, ſexus, immo actionum mentis diuerſitate, in motu, copia et mixtione multum diſcrepantis, perficiuntur. p. 9.

Inde temperamenta, praecipua ſanorum diſcrimina, expendit, in quibus definiendis, praeter ſoli- p. 29.

dorum elaſticitatem, irritabilitatem et ſenſibilitatem, inprimis reſpicit ad fluidorum mixtionem, quae ſex principiorum contemperatione ipſi abſoluitur; aetheris nimirum, aeris, ſulphuris ſ. principii viſcidi, aquae, ſalis et terrae diuerſi generis; et, praeter quatuor vulgaria illa temperamenta, alia procreat;
§. 86. quod *Socratici* et *Antoniniani* temperamenti, ab ipſo deſcripti, exemplo euincere conatur. Nunc vbi horum principiorum vnum alterumue vel ſupereminet, vel deficit, vel iuſto laxius arctiusue cum reliquis coniungitur, atque motum ſanguinis, fluidi neruei, lymphae et bilis, vt praecipuorum humorum corporis, vel auget nimium, vel imminuit, vel quouis modo irregularem reddit, ita, vt functiones corporis inde laedantur, morbi exiſtunt, quorum recenſionem ad harum cauſſarum ordinem ſuſcipit, ac denique omnes ad tres ſummas claſſes reuocat, exiſtimans cunctos vel a principio igneo, vel a viſcido, vel a terreo praedominante oriri; quumque igneo abundante, viſcidum; viſcido, igneum et terreum; terreo, reliqua duo deficiant, claſſes hinc etiam a defectu principii ignei, viſcidi frigidi, et terrei conſtituit, et ſanitatis redintegrationem, harum virium naturae confortationem deficientium principiorum reſtauratione abſolui credit; vt adeoque omnis interna medendi methodus, methodus naturae confortatiua per addita principia deficientia, et triplex quidem, calida nimirum, frigida et ſicca ſine ſolida ipſi eſſe videatur.

§. 87. His addit obſeruationes quasdam practicas vniuerſales de iuſto animi et corporis aegrotantium regimine, de virium vlteriori debilitate arcenda, deque iisdem, poſt morbum ſuperatum blanda dieta reſtituendis, et vltimo lectores, methodi huius penitus cognoſcendae cupidos, ad THEOPH. LOBBII generalia medica principia et cautiones amandat.

XVI. *Pra-*

XVI.

Practiſches Mineralſyſtem entworfen von D. RUDOLPH AUGUSTIN VOGEL, *der Arzneygelahrheit ordentlichen Lehrer zu Göttingen etc. Leipzig, verlegts B. C. Breitkopf. 1762. 8. mai. Seit. 518. nebſt Vorrede.*

h. e.

Mineralium ſyſtema practicum. Auctore Cl. VOGEL.

Arctiſſimus, qui intercedit chemiae cum mineralogia nexus, harumque doctrinarum vnius cuiuslibet ex altera petenda dilucidatio, permouerunt Cl. VOGELIUM, vt, quum tam continne eſſet et perutiliter commentatus de chemicis rebus, mineralium quoque doctrinam diſponeret, artisque docimaſticae et metallurgicae praecepta, in chemiae inſtitutionibus omiſſa, adderet; vnde etiam practici eſt, ob addita iſta, ſyſtematis huius nomen. Siue vero vel ſingulorum hiſtoriam et deſcriptionem, ſiue totius operis ordinem et perfectionem ſpectes, vtique inuenies et plenius dicta plurima, et ſaepius hic demum dicta primum. Imminutus eſt generum numerus, claſſium contra adauctus; notaeque characteriſticae cum ex habitu externo, tum vel maxime ex interna deſumtae mixtione ſunt.

Totum opus diſtinctum eſt in ſectiones ſex; quarum prima terras tradit, in argillaceas, calcareas, ſiliceas ſeu arenoſas, margaceas, ſeleniticas, talcoſas, micaceas ſeu micantes, inflammabiles, ſalinas, metallicas ſemimetallicasque et humum ſiue ruralem diuiſas.

Altera ſectio enarrat lapides, quorum claſſes ſiſtunt argillacei, calcarei, margacei, ſelenitici, pyromachi,

machi, ſchiſtoſi, folioſi, ſeu lamellati plumoſi ſ. filamentoſi, ſalini, metallici, fuſiles, quorſum pumex refertur cum zeolitho, denique petrae vel ſaxa. Addita nouorum lapidum claſſis tourmalinum ſolum continet.

Tertia ſectio petrefacta exponit, quorum claſſes ſunt animalia, phytholitha, lithophyta, lithotomi, et pori.

Quarta ſectio ſalia continet, in claſſes diſtributa quinque. Scilicet in *ſapida*, vt ſunt vitriolum et alumen, *liquabilia* ſeu fuſilia, quae vel in igne fluunt tantum, vt nitrum et neutrum ſal acidulare, vel etiam vitreſcunt, vt borax ſiue ſal tincal: porro *igne induranda*, vt ſalis communis ſpecies; *volatilia*, vt ſal ammoniacum, ſal vrinoſum et arſenicum; denique *lixiuioſa*, vt ſal perſicum, aphronitrum, ſal cretae.

Inflammabilium ſectio quinta eſt, quorum claſſes praebent ſulphura, bituminoſa, ſeuum, balſamumque minerale.

Sexta denique ſectio metalla et ſemimetalla cum appendice de platina offert, et metallurgiae atque docimaſtices dogmata praecipua enucleata exhibet.

Haec totius operis forma eſt; ſed, quo et partium ſingularum demus qualemcunque adumbrationem, ſpeciminis loco paſſim delibata nunc ſuperaddamus.

p. 21. Terram dicit Cl. Auctor illud foſſile, quod friabile ſit, cultroue facile patiatur ſe radi; ponit praeterea terrarum in claſſes diuiſionem e mixtione ſola recte deduci. Hinc ob ipſo inter terras recepta ſunt, quae ab aliis in minerarum, bituminum, ſaliumue numero ponuntur.

p. 27. Ad argillaceas terras refert argillam vulgarem, limum, argillam fiſtularem, porcellanam, ſmectin, medul-

medullam ſaxorum et tripelam, quarum et vtilitas, et natalis ſitus diſcrepant.

Argilla vulgaris igne rufeſcit Saepe arenam, aliquando et calcaream admixtam habet. Calce tamen mixta figulino operi non apta eſt. Etenim calx calore tumefacta, vaſa, quae vix primum experta ignem ſunt, findit, ſubque lamellatim ſecedente argilla in grumulos collecta ſedet, vti Cl. Auctor in variis vaſis chemicis, ex argilla Gottingenſis agri confectis, aliquoties vidit. Addita eſt enarratio modi, quo argilla ad varia opera praeparetur. p. 28.

Boli terrae argillaceae ſunt ſubtiles, qualitercunque coloratae, quae in igne tractatae colorem rubrum acquirunt. His notis iunctis boli natura continetur. Nam, quod boli medicis inſeruiant vſibus, character nullus eſt, tactusque pinguis bolis, terrae fullonum et porcellanae communis, itidem bolos non ſatis diſtinguit. p. 30.

Terra lateritia et limus differunt, maiori, quas illa prae hoc habet, argillacearum particularum copia. Fiſtularem argillam color albus, in igne permanens, diſtinguit. Qua ratione inde tubuli, fumo tabaci fugendo deſtinati, parentur, ſimul expoſitum eſt. p. 32.

Subtiliſſima argilla porcellana eſt, coloris vel albi vel gryſei. Miſnica et Bohemica terram calcaream admiſtam gerunt; Brunſuicenſis vero cum acidis non feruet. Dictum quoque hic eſt, quid proprie ſit porcellana maſſa. p. 33

Smectis praeſtantiam non ab alcalino admixto, ſed a partium ſubtilitate habet. Anglicanam fullonum terram feruere cum acidis Cl. IUSTI affirmauit, negauit Cl. POTTIUS. Noſter medius eſt, duplicem aſſerens talem dari, quarum vna pura eſſe, altera calcem habere poſſit. p. 39.

p. 39. Tripela argillacea quidem terra eſt; non tamen vnquam ſimplex, ſed calce, marga, arena, quin immo et ferro ſubinde remixta.

p. 40. Glutinans argillarum et tenax principium ab inflammabili eſſe cum ELLERO aſſeritur: confirmaturque inde, quod argilla calces metallicas reducat ex parte, ſaepeque ſit pyritarum ſulphureorum matrix.

p. 41. Originem argillas nulli alii terrae debere ſtatuitur. Ex arena deſtructa, vt Cl. BUFFONUS arbitratur, eſſe nequeunt, quum, quorſum aſſumtus Ipſius ignis penetrare nequit, in profundiſſimis cryptis terrae ſub arenae quoque ſtratis argillae reperiantur: porro ex terris vegetabilium deſtructis et inflammabili mixtis nequeunt prodire, quum argillae parciorem habeant inflammabilis ſubſtantiae copiam, quam vegetabilium terrae. Neque, quod ſub turfa inueniantur argillae ſtrata, quidquam demonſtrat.

p. 44. Sic et creta inter terras aborigines refertur. E cornuo certe lapide deſtructo non eſſe, docent conchae integrae, cornuo inhaerentes, alcalinaeque et ſiliceae terrae tam diſcrepans indoles. Argillam, vbi glutinoſo ſuo fuerit orbata, cretam fieri, propterea non aſſumitur, quod, argilla quacunque demum ratione glutinoſo ſuo priuata, calcareae tamen terrae naturam non recipiat. Buffoniana de cretae geneſi ſententia e veriſimillimis eſſe dicitur.

p. 46. Farina foſſilis calcarea Cl. SCHAEFFERI videtur lac lunae fuiſſe.

p. 51. Arenam e lapidibus dirutis prouenire, adeo vero videtur abſimile, vt probabilius contrarium aſſeri poſſe credatur. Ea tamen arena, quae aquis fontium ineſt, vtique conceditur eſſe lapis deſtructus.

Mar-

Margam oſtendit Cl. Auctor ſemper eſſe terram mixtam, vel ex arena et calce, vel ex his et limo conſtantem. Arenae quoque plus habent margae, quam calcis. Plurimae margae in igne vel indurantur, vel vitreſcunt. Argillaceae terrae, micaceae et humus, frequenter cum margis concretae, partes margarum aduentitiae ſunt. Mentio hic fit egregiae foſſae, ſex margae genera offerentis, quae eſt prope *Lengelern*, vicum duos a Gottinga vrbe diſtantem lapides. Sitne alicubi marga, praeter alia, aratrum prodit, ſi terram profert gryſeam arenoſam inter arandum, vel integras eiuſmodi terrae maſſas concretas oſtendit. p. 52.

Farinae foſſilis natura in eo conſiſtit, vt ſit terra ſelenitica, ſub dio reperiunda, atque in agris et pratis cum aqua fontium protruſa. p. 58.

Oleum talci et magiſterium eius nil ſunt, niſi commenta vel lucripetarum impoſtorum, vel imperitorum et perperam ex ſolo attactu oleoſo et ſuperficie ſplendida olei praeſentiam praeſupponentium. p. 63.

Molybdaena terra micacea eſt, plerumque talcoſa et refractaria, plumbi nihil, ſed ferri, et phlogiſti parum continens. Parantur inde ſtyli ſcriptorii, quorum conficiendorum ratio exponitur. p. 67.

Terrae inflammabiles diuiduntur in ſulphureas et bituminoſas. Praeterque conſueta ſulphuris principia, terra quoque ipſi ineſſe volatilis propterea ſtatuitur, quod fluida duo iſta, inflammabile ſcilicet et acidum vitriolicum absque eiuſmodi terra ſolidum corpus conſtituere nequeant. STAHLII ſententia, qua ſtatuit, in libra ſulphuris vna, vix contineri phlogiſti drachmam, minime tam certa eſt, quam plerisque videtur. p. 68.

Sub terris metallicis et ſemimetallicis intelligit Cl. VOGEL genus minerarum, habitu terram referente, p. 77.

rente; praeter terreas tamen partes metallici quid vel ibidem vere primitus natum, vel fortuito admixtum continens. Seiunxit autem iſtas ſubſtantias a reliquis mineris coniunxitque cum terris, quoniam credidit, interdum vtique aliquid tribuendum eſſe notis ex habitu externo petitis, quarum magna ſit in mineralogiae doctrina faciliori reddenda vis. Corpora huc relata ſunt arena aurea, minera argenti mollior, terra plumbaria, arena ſtannea, arena ferrea, mica ferrea, ochra, minera cupri terrea, viride et coeruleum montanum, lapis calaminaris, terra cobalti, terra arſenicalis et minera hydrargyri terrea.

p. 83. Terrae cobalti non omnes redolent allium, prunis iniectae.

p. 89. Lapides a terris ſeparauit, quoniam non cuncti e terris naſcuntur, neque eiuſdem omnes ſunt cum terris indolis. Geneſis eorum itidem vna non eſt.

p. 92. Alii naſci videntur concretione, alii coagulatione materiae viſcidae vel gelatinoſae, alii cryſtalliſatione. Concretione v. c. generari ſtalactiten, calcareum, arenarium, et ſchiſtum; coagulatione, cornuum; cryſtalliſatione, cryſtallum montanam, ſpathum.

p. 96. Neque abſurdum eſt ſtatuere ſuccum ſubtilem, qui lapidibus formandis inſeruiat, licet ſenſibus noſtris haud percipiatur. Cuius rei confirmandae cauſſa prouocatur ad agros, qui, diligentiſſime a lapidibus liberati, intra paucos annos aeque magnam lapidum offerunt, quam antea, copiam.

Haec, quae hactenus propoſuimus, ſatis oſtendere putamus, Cl. VOGELIUM in concinnando hoc ſyſtemate multa protuliſſe, quae huius doctrinae cultoribus plurimum debeant eſſe accepta, quaeque alibi anteaque dicta haud reperiant. Ipſe iudicauit Cl. Auctor, virorumque clariſſimorum ſententias examinauit, priusquam ſuas faceret; ſaepiſſime

ſine quoque nouus protulit. Quum vero, ſalutis breuitatis legibus, plura excerpere haud poſſimus, ad illis, quae ſpeciminis loco laudauimus, ſubſiſtimus, inprimis, quum pridem iam eulgati huius libri notitia mineralogiae ſtudioſis vix poſſit eſſe nulla; quumque, ſi fuerint, qui eum nondum nouerint, ad eum ipſum adeundum et legendum per pauca quoque iſta ſatis videantur allici poſſe et excitari.

XVII.

CARL AUGUST GRAEBNERS *Gedancken über das Hervorkommen und Wechſeln der Zähne bey Kindern nebſt Anweiſung für Erwachſene die Zähne geſund zu erhalten, nebſt einem Zahncalender und vier Kupfertafeln. Nach dem Hamburger Exemplar. Langenſalza bey Johann Chriſtian Martini.* 1768. 8. *Seit.* 64.

i. e.

Cogitata de eruptione dentium et dentitione ſecunda in infantibus, vna cum methodo, qua adultorum dentes conſeruari queant, calendario dentifricio et tabulis quatuor aeneis. Auctore CAROLO AUGUSTO GRAEBNER.

Infantibus magis ſalutare iudicat Noſter, ſi ſerius dentes erumpunt, cum tum dolores et morbos, cum dentitione coniunctos, melius ferre queant. In mediocriter macilentis dentes facilius erumpunt, quam in craſſis. Omnibus remediis, ad maſticandum excogitatis, praefert radicem iridis

Florentinae, cum melle roſarum illatam. Dentitionis ſecundae initium ſit ſexto aetatis anno, eo propemodum ordine, quo primi eruperunt. Immacilentis ſponte excidunt primi, ac dein ſecundarii apparent, ac hoc illud tum non eſt praetereundum, ſi neceſſe eſt, dentes primos extrahere: nam breue eſt hoc tempus et poſtea firmitatem nouam dens nanciſcitur. Vſum dentium tum, perpendit Noſter: non ſolum ad maſticandum, ſed et ad reſpirandum ii ſunt vtiles, quoniam, dentibus euulſis, loquela difficilior fit plusque tum aeris requiritur et pulmones patiuntur. Pulmonibus itaque aeque conducunt dentes, ac ventriculo.

p. 16. Sed haec hactenus de dentitione infantum, iam adultis modum dentium conſeruandorum tradit Noſter. Atque hic diſſeritur de tartaro, ſcorbuto dentium, aliisque dentium morbis. Galli ſuadent ſeparationem arcte connexorum dentium per limam; ſed apud eos plus iuuat haec operatio, quam Hamburgenſes et eos, qui in vicinis locis habitant. Dente vnius lateris amiſſo, oppoſitus in altero latere quoque inutilis fit. Aquam non nimis frigidam ad os eluendum, et dentes abluendos ſuadet. Grauiditas et puerperium dentibus pariter afferunt incommoda, quam morbi, vt variolae, morbilli aliique. Dentes, qui accurate depurantur, in ſanis albedinem iuuenilem et ſplendorem conſeruant vſque ad trigeſimum annum aetatis. Fiſſurae et atra puncta morbum dentis produnt.

p. 39. Caui dentes plumbo, auro, ceraque impleri poſſunt, interdum autem hae laminae plumbeae aut aureae premunt et excreſcentiis fungoſis dant occaſionem in gingiuis. Hic referuntur a Noſtro epulis et parulis. Inter peſſimos morbos dentium refert Noſter vlcera et fiſtulas.

Ad

Ad tempora primae et ſecundae dentitionis p. 44.
ſte definienda proponit Noſter methodum, quae
ernitur in calendario dentium, cuius iconem adie-
it, quo dentes, ſimulac eruperunt, annotantur, in-
ſimulque, ſi rurſus elabantur.

Artificialium dentium arctam coniunctionem p. 49.
ſuadet, ne eſculenta iis adhaereant eosque corrum-
pant. Artificialibus dentibus totam maxillam ſine
oxa et incommodo ornat, ſit inferior, ſit ſuperior,
mo vtramque maxillam, vbi et machinam in icone
iſtit, quae a machina, a Cl. FAUCHARD inuenta,
liqua ex parte differt.

Porro fieri quoque poteſt, vt dentes poſt euul- p. 58.
ionem emendati et cera vel plumbo impleti, vel alio
tque alio modo correcti, iterum in alueolos immit-
antur, aut ſimiles dentes humani alius hominis, loco
orum, imponantur. Hanc operationem Noſter ap-
ellat (*tranſportieren, verſetzen oder umpflantzen*) at-
que exemplis illuſtrat. Inter quae illud vnicum hic
ommemoremus, vbi vidit Noſter dentem peregri-
um firmiter adhaerere alueolo.

Ad purgandos dentes, artificiales inprimis, ſuadet p. 61.
uo inſtrumenta, quae vero ſine icone, quam No-
er adiecit, non perſpicue ſatis poſſunt deſcribi.

XVIII.

Ontleed en heelkundige verhandeling van het waaterhooſd, het waatergezwel en verdere bekende gebreken der ruggegraat; nevens eenige aanmerkingen over de boghelwording en het mankgaan. Alles alleen uit waarneemingen opgemakt en verklaard door E. P. SWAGERMAN, Chirurgyn te Amſterdam, met platen. Te Amſterdam by E. van Harrevelt 1767. 8. mai. plagg. 30. cum dedicatione et indice.

i. e.

Tractatio anatomico chirurgica de hydrocephalo, ſpina bifida variisque ſpinae vitiis. Auctore E. P. SWAGERMAN.

Tribus potiſimum ex cauſis opus hoc vtile paullo magis increuiſſe videtur. Vel enim Cl. Auctor rerum deſcriptiones ad minutiſſima, quod Batauis ſolemne eſt, deducit: vel, praeter tumores eiusmodi aqueos, quibus tractatus inſcribitur, alia multa, quibus corpus deformius redditur, oſſium vitia pertractat: vel denique multis et copioſis exemplis, quae huc ſpectarent, ex optimis ſcriptoribus rem illuſtrauit, quae itaque breuiter examinabimus.

p. 8. Hydrocephalum Noſter colluuiem aquae, intus in capite collectam, cuius pondere caput, ad magnam partem hactenus membranaceo cartilagineum, prematur et extendatur, dicit, aſſeritque, initia huius mali, quod in fetubus plerumque et infantibus recens natis obſeruatur, diu ante partum

h. e.

e, tum, cum oſſa calua ad maximam partem cartilaginem ſint, quaerenda eſſe. Vel ſolum in capite obſeruatur, et *hydrocephalus* proprie dicitur; p. 4.
vel interdum, quod tamen rariſſime fit, tota medulla ſpinalis ſimul extenditur, cui quidem malo, cum, ruptis membranis, effuſoque humore, infantes ante et inter partum ſemper perire ſoleant, peculiarem denominationem non attribuerunt auctores; vel denique pars tantum medullae ſpinalis extenſa conſpicitur, quod *ſpinam bifidam* dixere. Accidere interdum aſſerit, vt, vel pondere capitis, vel p. 12.
extenſione medullae ſpinalis ſimul, vertebrae colli alae abſumantur, aliae vero compingantur: videri tunc collum deficere, caput intra ſcapulas deprimi, vt ita os pectus tangat, cum vero et tum interdum os frontis deficiat, facies plana ſine vel compreſſo naſo conſpiciatur, portenta haec, ex praecipue, quae, euacuatis e capite humoribus, ex vtero prodiere, cum bufonibus comparauerunt auctores *) alii in capita felina vocarunt **). Oſſium quoque ora- p. 40.
tio, in initio eiuſdem mali fere cartilagineorum, inſigniter alia increſcere, alia comprimi ſolere, et ita deformiora reddi, vt, ſi quando ſeparatim effoſſa ſint, ad ſuſpicionem gigantis cuiuſdam, ibi ſepulti, deducerentur quidam, qualia § 73 refert. Cum p. 36.
vero aegri, ſubductis aquis, ſemper et ſtatim moriantur, qui, ſi ſibi relinquantur, diutius viuere ſoleant, operationem omnem reiicit. De obſeruatione Cl. p. 56.
SCHEUCHZERI Cel. VESALIO communicata, iure dubitamus.

Sed et eiuſmodi tumores in omnibus ſpinae me- p. 72.
dullaris partibus apparent, quos varios Cl. SWIP vidit, et Noſter talem ad certicem, qui caput aequa-

*) vid. Ill. HALLER opuſcul. anatomica p. 282.
**) vid. BARTHOLIN hiſt. an. Cent. II. obſerv. 44.

quaret, integro tamen capite obseruauit, quocum nec superiorum, nec inferiorum extremitatum paralysis coniuncta erat, et infans ipse per annos
p. 92. huc vixerat. Oedemata vero haec, etsi in omnibus his partibus offendi soleant, crebrius tamen in horum parte inferiore, et ossis sacri superiore occurrere, experientia docet, quorum delineationes Cel. KUHLEMANN *) euoluit poterunt. Malum hoc spinam bifidam appellant, in quam paullo altius Noster inquirit, iconemque eius egregiam, qua spina medullaris praeter modum prolongata, et ad instar linguae, deformata conspicitur, adiungit. In variis exemplis, quae ex auctoribus hic recenset, nulla aderat paralysis; in omnibus vero latera processus spinalis vertebrarum lumbarium a sp inuicem diuisa conspiciuntur, magnumque efformare solent
p. 115. hiatum. Vide vero eiusmodi colluuies aquosi in canali, qui medullam spinalem fouet, contentae, partemque spinae ad talem tumorem diffendendum deriuanda sit, non certo potest determinari: vel potest intra caput colligi, ad ventriculos encephali deriuari et exinde in canalem medullae spinalis descendere, cum inter haec caua nexus omnino detur, vel origo eius in canali hoc esse potest, colluuiem ibi colligi, et partem eius debiliorem in peculiarem canalem mutare, qui sensim increscens et ad cerebrum vsque adscendat, ventriculos cerebri petat, et
p. 118. ipsum hydrocephalum efformet. Initia eius in foetu et quidem diu ante partum ponenda esse asserit, cum tumor iste, si infans cum eo nascatur, ad insignem magnitudinem iam delatus conspiciatur, quamuis volumen eius post partum magis extendi posse concedat.

p. 120. Conspicitur tumor externe coloris naturalis, ad situm et positum aegri varium magis minusue tensus,

*) Annott. 34. fig. 36.

ſu, tactu mollis, aqua plenus, et admota candela pellucens, cum aqua intus contenta limpida vtpluſimum et clara deprehendatur; collo magno, vt digitis vix poſſint eleuari, pollices vero, vnguibus verſus ſe inuicem poſitis, latera tumoris prementes introrſum ſupra duos quaſi margines duros deliſcunt. Aegri eiuſmodi in vniuerſum vitam haud diu trahunt; ſed et eo citius e vitis rapiuntur, quo magis arte malum hoc tollere conentur auctores. Quicquid etiam in laudem operationis dixerint, inciſionem tumoris tamen letales ſemper produxiſſe effectus experientia teſtatur. Nam etſi eiuſmodi effectus letalis non ſemper ex neruis inde laeſis oriundus eſt, cum medullam ſpinalem ibi, vbi ſupra lumbos conſpicitur, per hunc morbum bifurcatam et in faſciculos nerueos diuiſam eſſe, nondum obſeruatum ſit; interim probabilius eſſe, aerem atmoſphaericum in cauum euacuatam intrare, nec eam tantum, quae tumore tegitur, medullae partem, ſed et totam ſpinalem medullam cum omnibus initiis faſciculorum exinde orturidorum, quid, quod totum encephalum petere, cuius affectio his partibus ſemper noceat. Inde operationem quamlibet reiiciendam eſſe quoque defendit. p. 125.

Iam paullo fuſius anatomiam earum partium, quae in producendo hoc malo concurrant, perſtringit. In fetu partem eam canalis ſpinae molliſſimam eſſe, vbi poſterius vertebrarum officula coeant, h. e. in medio, quo proceſſus ſpinalis fulcitur, credit: nam non, niſi integumentis tantum communibus, obuoluitur, nec vllo oſſeo tegmento, ſed cartilagine tantum tegitur, quae, quo propiora latera huius proceſſus contactui ſint, quoue longius fetus a maturitate ſua diſtet, eo tenuior ſit et mollior; p. 143. p. 148.

nec

nec ſpinalis iſta apophyſis iam in os mutata eſt. Si itaque in canali ipſo cauſſam quandam ſuſpiceris, quae eum extendat, ibi eam quaerendam eſſe, vbi minima reſiſtentia ſit ad partem extendendam vel prolongandam, probabile eſt, praeſertim cum pluſimae partes molliores, vrgente quadam vi ſuperuacue, diutius poſſint extendi, antequam rumpantur. In qua quidem re principem cauſſam, cur malum hoc tam frequenter in vertebris lumborum et iis tiis oſſis ſacri obſeruetur, poni exinde concludit; ſed hoc magis elucefcere, ſi in ortum et progreſſum efflorescentiae ſpinae, quam Noſter ſtudioſius exami-
p. 189. nat, inquiratur. In tribus variae aetatis fetibus, quos attente diſquiſiuit, ſpinales proceſſus omnes fere hactenus diuaricatos, nec non vertebras, exceptis ſeptem ſuperioribus dorſi, quae clauſae iam videbantur, apertas Cl. Auctor vidit, adeo, vt etiam medullam ſpinalem per hunc hiatum in vltimo fetu, ri digitum longe, detegeret, eamque, illaeſa vertebra, extraheret. Vnde colligit, tunc temporis vel fetu etiam paulo adultiore, medullam ſpinalem in omnibus ſpinae partibus commode poſſe extendi, ſpinaeque bifidae occaſionem dari; nec diuaricationem iſtam cauſſam mali, ſed eius potius effectum dici debere. Iam vero aqua, in craſſo durae matris proceſſu, qui ſpinae cauum intus obueſtit, contenta, eundem eo magis et facilius extendit, quo minus vertebrae, poſterius nondum iuſte coalitae,
p. 204. reſiſtunt. Cum paralyſis inferiorum extremitatum interdum in ſpina bifida appareret, fuerunt, qui eam a preſſione medullae ſpinalis verſus neruos diuarianti; quibus vero, quo ſaepius ab aliis refutati ſunt, eo minus Noſter aſſentitur, cum frequentius nulla paralyſis in ſpina bifida obſeruetur, eamque non, niſi poſt partum, acrodente occaſionali cauſſa, oriri concedit. Nec a preſſione quadam in vtero

eam

eam quaerendam eſſe, liquores copioſi, quibus corpuſculum fetus innatat, prohibent.

Ex adſperſis, quibus Noſter paullo diuagatur, obſeruationibus eam colligimus, qua, calua tota fere carie deſtructa, deſperandum non eſſe ſuadetur; ſed, calua exempta, ſuper nudam duram matrem vnguentum diapompholygos applicandum eſſe. p. 222.

Spinam biſidam porro non ex defectu vertebrae cuiuſdam, quorum exempla inducit, ſed ex vertebrarum per tumorem diſtenſione, qua earum oſſeſcentia impeditur, naſci contendit, vbi multas ſimul gibberoſorum hiſtorias communicat. Quamquam Noſter de imaginatione materna, ex magna hac de re Auctorum contentione dubius adhuc videtur; ei eum tamen parum attribuere, ex eo etiam patet, quod multae matres reperiantur, quae, varios per grauiditatem affectus paſſae, infantes, his vel illis paeuis notatos, ſe parturas metuerint, quae tamen regetos et ſanos eos, nullaque macula conſpicuos enixae ſint. p. 235.

Catalogum inſuper infantum recenſet, quibus pars quaedam vitio haereditario, vel fortuito deeſſet aut abundaret: inter quos eorum meminit, qui integri et iuſti ex parentibus circumciſis procreati ſint; nec proli, ex brutis animantibus, cauda vel auribus priuatis, genitae quidquam deficere ſolere: verbo, vitia mechanica parentum, poſt partum acquiſita, fere nunquam ad infantes tranſferri. Sic et gibboſitatem vel claudicationem, haereditariam familiae cuidam viſam, non iam in fetu adeſſe; ſed corpus eius tantummodo ita diſpoſitum eſſe defendit, vt poſt partum, cauſſa quacunque accedente, hoc vitium ſibi contrahat. Qua occaſione mechaniſmum claudicationis, ex quatuordecim oſſibus in- p. 262. p. 283. p. 308.

nominatis ab ineunte aetate claudicantium attente examinatis, et cum femoribus comparatis, ad quinque potiſſimum ſpecies reduxit: quam quidem theoriam, cum paullo curioſior videatur, lectoribus hic communicare non alienum putamus; monemus ſimul, Noſtrum de iis tantum loqui, qui a prima
p. 311. aetate hoc vitio laborent. Prima ſpecies in eo cernitur, ſi inferius cauitas acetabuli iuſta, ſuperius vero et ad latera paullo amplior et minus profunda euadit, capite femoris ſimul planiore et latiore.
p. 312. In altera acetabulum non ſolum ſuperius et poſterius ampliatum, ſed et foueam, qua glandula mucoſa latet, lamina oſſea obducta apparet, glandula ipſa et ligamento rotundo ex acetabulo protruſis et degeneratis, quod ex ſectione cadaueris confir-
p. 317. matur. Tertia, acetabulo vero pene depreſſo, novam cauitatem ſupra priorem, vel ad ileum os, vel
p. 323. iſchium ſiſtit. In quarta cartilago caput femoris inter et collum fracta occurrit, vt inde caput ab re-
p. 335. liquo femore ſeparetur. Nouam denique quinta articulationem capitis femoris, ex acetabulo ſenſim dimoti, poſterius cum oſſe ileum oſtendit.

Quae Noſter de oſſium fractorum per ſenſim induratam gelatinam, callum nimirum, reſtitutione
p. 389. diſputat, omittimus. Sed cum inter alios Cel. praecipue RUYSCH de luxatione femoris vel dubitaret, vel prorſus eam negaret; Noſter hac in re ab eo diſſentire videtur, cum ſibi ipſi exemplum eiuſmodi luxationis ſine ligamentorum diſruptione, notum
p. 421. ſit. Tandem Cl. Auctor, ſe neque cauſſam hydrocephali et ſpinae bifidae, nec remedium iuſtum ſcire, ingenue fatetur.

XIX. *Auf-*

XIX.

Aufrichtiger Unterricht vor neuangehende Aerzte und Wundaerzte, wie sie sich vor, in und nach den legalen Besichtigungen todter Körper zu verhalten, und die Besichtigunsscheine nach beygefügter Betrachtung von der Tödlichkeit der Wunden einzurichten haben; nebst zwey und sechzig von gehabten Besichtigungen todter Körper und gehaltener Untersuchung verschiedener Sachen den iudiciis *ertheilten Besichtigungsscheine und Zeugnisse herausgegeben von* CHRISTOPH GOTTLIEB BÜTTNER Med. Doct. et Prof. ord. physic. Samb. Collega Sanitat. membro et h. t. facult. med. Decan. *Königsberg und Leipzig bey Joh. Dan. Zeisens Wittwe und Joh. Heinr. Hartungs Erben.* 1769. 4. *Seit.* 208. *ohne Vorrede, Vorbericht und Register.*

i. e.

Fida institutio iuniorum medicorum et chirurgorum ante, et post legales sectiones cadaverum: nec non de sectionis relatione, simul cum tractatione de letalitate vulnerum et sexaginta duobus casibus medico forensibus. Auctore CHRISTOPH GOTTLIEB BÜTTNER. M. D. etc.

Postquam Cl. Auctor, medicinae forensis et omnino medicinae totius cognitionem physicis summe necessariam esse, rursus physici officium in foro ciuili, criminali et ecclesiastico demonstrauerit, de lethalitate vulnerum disserit. Tum sequuntur casus medico forenses, a Nostro elaborati. Nos

vero, cum omnia excerpere noſtri inſtituti ratio non ſerat, de nonnullis exempli loco videamus, ex quibus vt appareat huius libri vtilitas, optamus.

p. 36. De letalitate rupti vteri grauidi haec habeto. Arbitratur Noſter tum rupturam vteri grauidi non eſſe letalem, ſi vmbilicalis funiculus ſimul ruptus ſit. Nam poteſt poſtea vteri vulnus ob vim ſuam ſumme contractilem facile conſolidari, et placenta vterina dein cum lochiis per orificium vteri, conſueto modo, expelli. Quod ſi vero fetus cum ſecundinis in abdomen pellitur, et lochia, ob denegatum per orificium vteri tranſitum, non fluere poſſunt, tum ſtagnans hic ſanguis abit in putredinem, vicina viſcera inquinat et inficit, quem mors ſequitur.

p. 37. Probat minus eiuſmodi letalem rupturam vteri grauidi exemplo. Ruſtica ſentiebat magnum ſtrepitum in abdomine, cum filius inopinato in matris abdomen caſu ab alto impingebat, quem ſtrepitum ſequebatur vteri haemorrhagia magna cum ſecundinis. Non diu poſt tumor oriebatur in ſiniſtro abdominis latere, quo rupto, fetus aliquot menſium membra per ſuppurationem expellebantur, et, fetu articulatim exemto, non ſolum vulnus feliciter claudebatur, ſed femina priſtinam recuperabat ſanitatem, ita, vt, vno anno praeterlapſo, rurſus grauida facta, viuum, ſanum et maturum fetum ederet. Quaerebatur itaque: vtrum fetus extra vterum in abdomine fuiſſet, an per caſum ab alto, ruptoque inde vtero, in abdomen matris pulſus fuiſſet. Ac priore a Noſtro negato, poſterius affirmatur.

p. 51. Inter vulnera per ſe letalia refert Noſter et vulnera abdominis, ſi inteſtina in vulnus ſeſe ingerunt, atque ab eius labiis incarcerantur, nec ſubito repri-

exprimuntur. Quoniam, accedente ſphacelo in incarceratis inteſtinis, mors ſubſequi poteſt.

De veneficiis, abortiuis et opiatis remediis dum agit Cl. Auctor, enarrat quoque nonnulla exempla de cicuta aquatica, ex cuius vſu duo mortui, et duo infantes, qui minus comederant, liberati ſunt remediis. p. 55.

De morte ſubitanea, ſubſequente ex variis cauſſis, inprimis cum virgis quis caederetur. Corporis autem debilitas non ſolum, ſed et anxietas, timor triſtitiaque mortem hanc induxerunt; non vero virgae. p. 58.

De abſolute letali vulnere capitis ſine fiſſuris, contrafiſſuris et fragmentis oſſium capitis, ob extrauaſati ſanguinis magnam copiam. p. 92.

De alapa mortifera Cl. Auctor enarrat exemplum. p. 109.

De letali ſplenis ruptura. Lien ruptus et in duas partes diuiſus erat. Ex nimis itaque extrauaſato ſanguine in abdomen, reliquis vaſis ſanguiferis, ſanguine orbatis, cordis et vaſorum vacuitas indeque mors ſubitanea ſubſequuta eſt. Quapropter cor cum vaſis pallidum et vacuum, et viſcera abdominis pariter alba et vacua ſunt reperta. p. 121.

De morte ſubitanea ex inflammatione ventriculi et pulmonum, per ſpiritus vini abuſum. p. 134.

De letali inflammatione ventriculi a bile, vehementer mota. p. 140.

De laeſione et ruptura inteſtini tenuis letali. Erat ieiunum, in cuius fine, vbi ileon incipit, ruptura deprehendebatur. p. 149.

De impedita vrinae excretione per vrethram compreſſam ab annulo, a meretrice membro virili circumdato, vti referebat aeger. Per annum hunc p. 160.

annulum in membro virili geſſit, multaque inde incommoda percepit. Vrina autem guttatim interea pone annulum effluebat, vbi ſponte apertura quaedem parua ex naturae conamine facta erat. Annulo hoc remoto, per vrethram vrina non amplius fluebat, ſed per foramen illud paruum.

p. 199. De morte ſubitanea duorum infantum poſt externum vſum butyri, cum arſenico mixti, in tinea. Arſenicum fuiſſe ex allii odore probat. Inflammationem ventriculi et inteſtinorum, nec non pulmonum deriuat Noſter a particulis arſenicalibus, cum ſanguine coniunctis, quae cauſſa mortis erat.

XX.

De modo cauendae corruptionis corporum naturalium in muſeis, auctoritate ampliſſimi Philoſophorum Ordinis d. 9. nou. 1766. diſputauit M. IOANN. GOTTHELF HERRMANN. Med. Bacc. reſpondente *Joh. Dan. Reichel.* Lipſiae, ex officina Breitkopfia, 4. mai. plg. 8.

Cum contigerit Cl. Auctori, varia videre muſea corporum naturalium in itineribus ſuſceptis, ac permultas colligere obſeruationes, quae eorum conſeruationem concernant: commotus eſt, ad hanc diſſertationem ſcribendam, in eaque varios modos conſeruandi muſea in genere proponendos. Praemiſſis itaque cauſſis praecipuis, quibus muſea deſtrui ſolent, varias denique methodos his occurrendi deſcribit, et omnia variis exemplis illuſtrat. Nos praecipua tantum hic breuiter indicaturi ſumus.

p. 3. Cohaeſio partium minimarum omnium corporum trium naturae regnorum pendet a glutine, quo vel

vel imminuto, langueſcunt corpora viua; vel diſſipato, deſtruuntur corpora mortua. Generalis vero deſtructio varia eſt: etenim putredo humida inuadit praeſertim animalia, ſicca vero inprimis vegetabilia, cui analoga eſt fatiſcentia mineralium, vappeſcentia liquorum fermentatorum et rancor oleorum. Ipſius aeris externi elaſtici et interni fixi aequilibrium ſublatum deſtruit corpora, atque ob admixtas partes vt menſtruum agit, eaque vel laxiora, vel firmiora citius tardiuſue ſoluit. Huc pertinent porro inſecta, quae ouula ſua corporibus naturalibus immittunt, e quibus vermiculi gignuntur, qui, cum larga ibi inueniant nutrimenta, ſua eroſione horum deſtructionem efficiunt. Situs vel mucor, ſiue plantulae corporibus putridis increſcentes, etiam ad eorum cauſſas deſtruentes referendae ſunt. p. 5.

In adiumentis eorum conſeruationis inprimis ad duo reſpiciatur, ſcilicet ad conſeruationem vel ſiccam, vel humidam. Prior tum demum locum habet, poſtquam partes, corruptioni prae reliquis obnoxiae, remotae ſunt, v. c. carnes, viſcera, cerebrum, oculi, cet. in regno animali, vel ſucci vegetabilium adeoque mineralium. Altera ope liquorum fermentatorum petagitur, quibus corpora naturalia immittuntur. Vt muſeum ad cauendam corruptionem apte diſponatur, eligantur conclauia, quae non humida ſunt, ſaltem ibidem ſaepe mutetur aer: vitetur ſolis ardor nimius, calor artefactus immoderatus, ac tranſitus aeris perpetuus adhibeatur, inprimis mundities, atque, ne forte inſecta noceant, immittantur v. c. quadrupeda, aues, menſe praeſertim maio et auguſto in furnum, eo caloris gradu ſeruato, qui nec pilos, nec pennas vrat: ſic enim inſecta vna cum ouulis deſtruuntur: in herbariis viuis ſaepius reiiciantur chartae humidae, et plantae vermibus iam laeſae. p. 11.

p. 16. Ab animalibus, quadrupedibus inprimis pelles et oſſa ſceleti ſeruantur, reliquae partes, putredini maxime obnoxiae, remouentur. Docet itaque Cl. Auctor methodum excoriandi quadrupeda, additque cautelas neceſſarias ac enchireſes, et oſtendit ſimul compoſitionem eorum ſceletorum. Progreditur deinde ad auium excoriationem, quarum maiores vel duplici inciſione, ab ano iuxta femora ad alas adſcendente; vel ſimplici, a fine ſterni vſque ad anum ducta incidit: minores, viſceribus exemtis, per aliquot dies ſpiritu vini imbuit, poſteaque ſiccat: oua auium euacuat, foraminulo in vtraque extremitate facto. Piſces maiores, vti quadrupeda, excoriandi ſunt, inciſa nimirum cute ſub ventre ad totam animalis longitudinem: piſces molliori cute praediti, exemtis viſceribus, in ſpiritu vini ſerventur: ii cute ſquamoſa diuidantur medii ab ore vſque ad caudam, et cutis cum capite, exemtis cerebro et oculo, chartae craſſae impoſita ſiccetur.

p. 21. Reptilium, ſerpentum, teſtudinum, echinorum marinorum et ſtellarum marinarum excoriationem deinde explicat. Diiudicat poſtea rationem exſiccandi, quae vel calore moderato in vmbra, vel vehementiore in furno perficitur. Pelles vero quadrupedum, auium, animalium marinorum, ſerpentum, cet. detractae, prius, quam exſiccentur, ſunt praeparandae, cuius varia ratio hic amplius deſcri-

p. 24. bitur. Accedit Noſter ad inſectorum exſiccationem, quae ratione conſeruationis diuidit in duas claſſes, in molliora pulpoſiora v. c. erucas, vermes, millepedes, cet. et in duriora, v. c. ſcarabaeos, cicadas, ſcorpiones, quorum alia, vt papiliones, pulvere; alia, vt ſcarabaei, ſcutis duris teguntur. Ne vero papiliones ſplendore alarum priuentur, melius eſt, hos ex eruca educere, ac deinde illaeſos muſeis tradere. Explicat itaque, quo modo nutriantur eru-

erucae, et qua ratione chryſalides ad vltimam vſque transformationem ſeruentur: porro, quibus inſtrumentis commodis ea capiantur inſecta, quae ex eruca educi non poſſunt. Indicantur poſtmodum variae methodi interficiendi inſecta, inter quas inprimis commendat Cl. Auctor vſum lentes, vitreae in cuius foco inſecta maiora caute tenet, donec leuis fumus adſcendat; minora vel ante, vel poſt focum collocat; ſed et vapor aquae feruidae, per tubulum inſectis applicatus, haec ſine noxa necat. Adduntur cautelae, quibus inſecta et in iuſtum ſitum partium redigantur, et affigantur.

Diſſeritur poſtea de plantarum exſiccatione et conſeruatione, in qua inprimis caueatur, ne forma naturalis plantarum, nec ſingulae earum partes, nec ipſe color nimis mutetur, ac illa mucilago aromatico ſpirituoſa conſeruetur, qua poſt exſiccationem flexiles permanent. Exſiccatio plantarum vel compreſſione, vel ſine hac peragitur. Priore modo comprimuntur plantae charta griſea obtectae, vel prelo, vel, vti Cl. ADANSON ſuadet, corpore humano inſidente. Alter modus tantum in plantis durioribus v. c. xeranthemo, gnaphalio, locum habet, vt nimirum planta fundo vaſis imponatur et arena circumducta in furno ſiccetur. Muſci marini, fuci et corallinae prius in aqua dulci edulcorentur, quam inter chartas ſiccentur. Plantae ſiccatae non agglutinentur chartae, ſed potius caulis ſegmento chartae in parte inferiori vel acu aut filo affigatur. Explicatur deinde, quomodo partes quaedam vegetabilium ſeparatim ſiccentur. Fructus pulpoſiores in ſpiritu vini ſeruantur, et antea in aqua macerantur, vt diſpoſitio vaſorum conſpiciatur: ſicciores in furno caute ſiccantur, ne dehiſcant: ſceleta fructuum vel ope naturae, vel maceratione in aqua

p. 28.

p. 34.

parantur. Quae in foliorum maceratione ſunt attendenda, hic vlterius enarrantur.

p. 38. Tractat Cl. Auctor deinde de modo infarciendi exuuias animalium. Quadrupedum pelles, quarum praeparationem iam deſcribit; ſunt replendae variis rebus, ex tribus naturae regnis deſumendis. Regnum animale ſuppeditat v. c. pilos, lanam, vngularum vel cornuum raſpaturam: vegetabile cannabim, ſtuppam, linum, foenum, ſtramen, cet. minerale turfam ſ. terram ceſpitoſam; ſemper vero caueatur, ne corpora eligantur, quae humiditatem attrahant, ac ſimul adiiciantur antiſeptica, v. c. camphora, aſphaltum, calx viua, alumen, cet. Ad formam corporis animalis retinendam, conficiatur forma corporis ex dura re, cuius ſpatia relicta mollioribus rebus impleantur: fila ferrea, apte diſpoſita, etiam inſeruiunt ad ſuſtinenda membra animalis in ſitu idoneo. p. 43. Varias deinde methodos hinc illinc collectas enarrat infarciendi aues. Porro progreditur ad liquores balſamicos, corporibus illinendos, vt defendantur ab aeris vi et inſectorum laeſione. Obductio autem vernicis tantum locum habet in animalibus repentibus, ſquamoſis, glabris, ſplendentibus, v. c, ſerpentibus, lacertis, piſcibus variis, ſcarabaeis. Bonus vero vernix colorem animalis minime mutet, facile ſicceſcat, tranſpareat, minus fragilis ſit. Varias deinde vernicum formulas deſcribit. Sed et reliqua corpora, quae vernica obduci non poſſunt, ab aeris vi tuenda ſunt, vt p. 45. quadrupeda, aues, inſecta varia: oſtendit itaque modos, quibus haec corpora, inprimis inſecta, in ciſtulis et receptaculis diſponantur.

p. 51. Tranſit deinde ad conſeruationem corporum naturalium in liquoribus, eorumque differentiam oſtendit; eligantur vero praecipue liquores minus vehementes, vel aqua diluantur, ne vel corpora immiſ-

immiſſa nimis conſtringant, vel nimis volatiles ſint. Poſtremo modos, euaporationem nimiam liquorum conſeruariorum cauendi deſcribit, quod vel ſigillo hermetico, vel oleo inſpiſſato, quod fundum vaſis inverſi petit, peragatur; vel ope ſuberis, orificium vaſis arcte claudentis, quod amalgamate obduci poteſt. Melior eſt obturatio vaſorum ope epiſtomiorum vitreorum, vel ſubere, quod membrana, oleo humefacta, circumdetur, ac variis lutis vel alia tenaci maſſa agglutinetur. p. 56.

XXI.

Mémoires ſur differentes parties des ſciences et arts. Par M. GUETTARD, de l' Academie Royale des ſciences. Tome prémier, à Paris, chés Laurent Prault, libraire. 1768. 4 mai. alph. 2. plagg. 10. cum praefat. plagg. 15. et tabb. 18. aeri inciſis.

i. e.

Commentationes ſuper variis partibus diſciplinarum et artium, Auctore Cl. GUETTARD. Tom. I.

Quas hic edidit Cl. GUETTARD commentationes, eum in finem elaborauerat, vt ſucceſſiue commentariis regiae academiae ſcientiarum inſererentur. Cum autem praeuideret, ob multitudinem ſociorum, qui in edendis his commentariis concurrunt, illarum propalationem multum retardatum iri: conſilium cepit eas in aliquot tomis ſeorſim edendi, ita, vt primo loco obſeruationes ſingulares poneret, ac iis demum integros commentarios

rios ſubiungeret; eodem modo, vt academiae ſcientiarum moris eſſe ſolet.

Praef. p. 68. Primo igitur loco obſeruationes quaſdam et phyſica generali inuenimus. Vidit Cl. Auctor, quod NEWTONVS olim, radiis ſolaribus ab acie cultri exceptis, obſeruauerat, eosdem radios matutino tempore verſus caſtellum ad Vicenas impulſos diuergere, ac dum reflectebantur, duos faſciculos formare, qui diuergentes ſpatium inter ſe relin-
p. 69. quebant ad minimum vnius pedis. Copioſa eſt deſcriptio aſcenſus vaporum in montibus elatioribus, quales ſunt Tirolenſes et Vogeſus, et quomodo ii in nubes coeant, vbi Cl. Auctor putat, ſi accuratae et continuatae fierent obſeruationes, nubium eiuſmodi origines, certis legibus conſtitutis, praedici poſſe: eiuſmodi obſeruationes potiſſimum pictorum vſibus inſeruituras, qui adeo ſaepe in de-
p. 76. pingendo horizonte errare conſpiciantur. In eodem Vogeſo monte tonitru obſeruauit non vno impetu erumpens, ſed repetitis, at per parciſſima interualla, ictibus, vt adeo materiae inflammabiles, in nubibus haerentes, non vna, ſed ſucceſſiue inflammarentur: qua occaſione varias quaeſtiones, in declaranda tonitru origine adhuc enodandas, proponit, et ſuadet, vt experimenta electrica in ſummis montibus tum praecipue inſtituantur, cum vapores humidi aſcendunt.

p. 78. Ad praecauendos funeſtos effectus, qui ſepulturam cadauerum in templis ſequuntur, exemplum Germanorum atque Polonorum ciuibus ſuis imitandum proponit, qui in ſarcophagis conficiendis curatius verſantur, quam Galli, ita, vt nulla pateat apertura, per quam teter odor exhalare queat: porro cadauera ope ſyringae, in inteſtina atque oeſophagum immiſſae, pice liquefacta repleri, eadem

totam

totam externam ſuperficiem obduci, poſtea linteis arcte inuolui, ac denique fundum ſarcophagi calce viua obtegi, ac, poſtquam cadauer in illo reconditum fuerit, eadem, quicquid ſupereſt ſpatii, repleri iubet. Tandem monet, ne cryptae ſepulcrales orificio in ipſum templum patulo inſtruantur, ſed illud extrorſum patere oportere monſtrat, et de auxiliis, renouando aeri inſeruientibus, varia monita addit.

Ex hiſtoria naturali recenſet, in omnibus harengis, quibus per tempus quadrageſimale 1765 veſcebantur Pariſienſes, inuentas eſſe aſcarides, craſſitie et longitudine acus; ex harum tamen eſu nihil incommodi in ſanitatem hominum redundaſſe, adeoque videri poſſe, cuiuis animali eſſe inſecta ſibi propria, quae in alio quouis corpore viuere non poſſint. p. 85.

In *xiphia* dentes, quibus roſtrum eius armatum eſt, numero inſigniter variare, pluribus exemplis ex muſeo ducis Aurelianenſis, cui praeeſt, euincit. Neque ergo iidem diſtinctionis ſpecificae fundamentum conſtituere, neque certum de aetate piſcis indicium praebere poſſunt. Vſus quoque eorum magis in defendendo conſiſtere videtur, quam in tenenda vel dilaceranda aut comminuenda praeda. p. 86.

Ex botanica recenſetur hiſtoria *mali aurantiae*, quae per totam trunci longitudinem diuiſa, tamen ſingula parte, probe cera molli obducta, rurſus conualuit et incrementa cepit: quam rem vlterioribus experimentis confirmandam commendat, cum eo modo facilius arbores multiplicari poſſint. p. 89.

Fieri poſſe, vt planta, cuius olim maximus in loco aliquo prouentus fuerit, nunc in eodem plane exoleuerit, exemplo loci cuiuſdam in ſylua prope fanum p. 92.

fanum S. Dionyſii monſtrat, in quo, ſuperiore ſeculo ad finem vergente, inſignis tuberis copia crevit, quod nunc plane non adeſt. Mittimus alias obſeruationes minores, quae incrementum plantarum in foliis cet. ſpectant. Quod Cl. DELIENS, p. 99. pharmacopoeus Stampienſis, olim ex relatione academiae ſcientiarum obſeruauerat *), intra ſquamas radicis ſcillae vera germina futurae plantae delitescere, Cl. Auctor quoque conſpexit, idque tuli claſſi liliacearum peculiare putat, ita, vt eo modo propagatio earum adiuuetur, quum rariores iiſdem rami a natura ſint conceſſi. Tandem obſeruata quaedam de effectu frigoris in plantas ſubnectit.

p. 103. In obſeruationibus chemicis primo loco de filamentis ſeu floribus ferri (*laine de fer*) agit, qui ſublimantur, cum ferrum ex duabus in Occitania fodinis funditur ac poſtea malleo ſubigitur. Quae minerae quum prope alias reperiantur, quae teſte Cl. HELLOT cuprum, plumbum et antimonium contineant, probabile eſt, hos flores non ferro, ſed antimonio adſcribendos eſſe. Sequitur prolixa p. 105. enarratio vegetationis chemicae, ſeu dendritarum, per ſolutionem ſalium enatorum.

p. 109. Porro de exſiccatione plantarum agit, cuius eam forte eſſe legem generalem coniicit, vt id, quod planta exſiccando perdet, ſit in ratione inverſa quantitatis perſpirationis quotidianae, et ſic vice verſa. In experimento capto radices *ſymphyti* multo plus ponderis ſub exſiccatione perdiderunt, quam folia eiuſdem plantae: quod a ſtructura priorum ſpongioſiore repetendum eſt. Semina *nicotianae* fere quintam partem totius ponderis olei expreſſi largita ſunt, cuius ergo diſquiſitionem commendat, annon exinde vtilitatis quidquam obti-

*) v. comm. horum Vol. IX. p. 375.

obtineri poſſit, cum ſemina iſta velut inutilia reiici ſoleant. Ex oleo lini et oleo vitrioli inter ſe miſtis, p. 112.
ac poſt aliquot dies deſtillationi ſubiectis, relicta eſt in fundo cucurbitae maſſa bituminoſa, bitumini minerali ſimilis, cuius origo forſan ab iisdem ſubſtantiis, ſub terra concurrentibus, nempe acido vitriolico et ſubſtantiis oleoſis ex putrefactis vegetabilibus relictis, adſcribi poſſet. Ex capitibus papaveris albi extractum ſolidum paratum fuit, iiſdem, vt verum opium, proprietatibus inſigne, ſed multo mitioribus. Enarrat ſimul, ſeminum papaueris frequentem vſum eſſe in Perſia, Italia, Polonia, imo etiam Argentinae, in cibis, ſine noxa ſanitatis: ideoque videri, deeſſe in his regionibus plantae iſti ſim volatilem, quae licet vix ſenſibus percipi queat, tamen vere adſit, ſub leuiſſima autem mutatione euaneſcat: quod exemplo *Iatrophae* ſeu *Caſſauae* Americanorum et *Mannae*, quae deſtillatione ſaporem ingratum et nauſeoſum, ſed multum ſimul virtutis purgantis perdit, illuſtrat.

Solutio vitrioli coerulei, pulueri cretae ſuperfuſa, maſſam pultaceam ſiſtebat, quae altero die ita fermenteſcebat, vt ſu[illegible] marginem vaſis ſe eleuaret; aequalis autem ſolutio vitrioli viridis, aequali portioni cretae ſuperfuſa, maſſam quieſcentem reliquit: an haec diuerſitas a difficiliori ſolubilitate vitrioli coerulei pendeat, Cl. Auctor non dirimit. p. 116.

Ex anatome ſiſtitur deſcriptio piſcis cuiuſdam p. 117.
ex cetaceorum claſſe, qui ſubinde prope maritimas Galliae oras capitur, et cuius caro ad excoquendum oleum impendi ſolet. Deſcriptionem hanc acceptum debemus Cl. SERARD, medico Caletano, et BLONDEAU, profeſſori hydrographiae in eadem vrbe: eamdem nunc repetere prolixum nimis foret, quare id tantum notamus, animal iſtud vel

phyſe-

Phyſeterem macrocephalum iuniorem, vel varietatem eiuſdem, formae minoris, habendum eſſe. Hoc autem attentione dignum videtur, ſub cute craſſa ac dura, huicque ſubiecta magna lardi copia, enormem quantitatem neruorum poſitam eſſe, quorum origo videatur eſſe in tertia parte diſtantiae capitis a medio corpore, et qui varia ſub directione, ſtrato ſuper ſtrato poſito, fere totam ſubſtantiam carnis efficiant, intercedente contextu cellulaſo, qui ſubſtantiam partim aquoſam, partim oleoſam, contineat. Longitudo totius corporis ab ore vſque ad bifurcationem caudae 48 pedes aequauit, et peripheria eiuſdem in regione penis (qui truncatus 45 librarum pondus habuit) 36; ex quibus reliquarum partium proportio, accurate hic enumerata, ſuo iam modo colligi poterit.

p. 122. Ex medicina vnica obſeruatio adiungitur: ad hydrophobiam nempe ſuadet Cl. Auctor, vt liquor iſte volatilis, quem *l' eau de luce* vocant, guttatim diuerſis temporibus, et potiſſimum verſus acceſſum paroxyſmi, ex aqua communi exhibeatur, vulnuſque ipſum, ſcarifatum ante, hoc liquore eluatur. Quod remediorum genus, etſi nondum tentatum, tamen ob analogiam tentari poſſe aſſerit, cum eiusdem vſus in viperae morſu ſit declaratus.

p. 1. Progredimur nunc ad integros commentarios, quorum primus oſſa quaedam foſſilia deſcribit, quae in variis Galliae locis, partim in ſilicibus, partim in terra locorum montoſorum, partim inter ſtrata ſabuloſa, partim inter alia petrefacta v. c. conchitas cet. inventa fuerunt, et quorum icones nouem tabulas implent. Omnia ſunt ſubſtantiae calcareae, licet multa ex iis cum externa facie, tum duritie ſilicem igniarium mentiantur: coloris plerumque exterius flaueſcentis, inte-

interius obſcure fuſci. Primum os ſiſtit mandibulam, in qua dens adhuc haeret, in lapide gypſeo; Tab. I.
ſecundum eſt vertebra, bene adhuc conſeruata, in ſimili lapide; T. II.
tertium, ſcapula in ſimili lapide; quarto loco ſiſtuntur in ſimili inuolucro nouem coſtae, quarum priori adhuc vertebra adnexa eſt. Haec omnia, cruſta lapidea obducta, partes piſcium eſſe, extra dubium poſitum eſt. T. III. T. IV.

Sequuntur nunc aliae partes in lapidem conuerſae, quae vero abſque adhaerentibus aliis lapidibus detectae ſunt: duae vertebrae inſignioris molis, certe quoque piſcium; os quoddam, vel eiuſdem portio, difficilioris indaginis (an forte ad oſſa capitis pertinens, vt ſaltem iconem intuenti videri poſſet?); pars oſſis longi, cum apophyſi: aliud os incognitum ex inſula ſ. Dominici, ex lapide albo calcareo extractum, quod videtur ſcapula piſcis cuiuſdam; oſſis cuiuſdam longi pars, cum eius capite, vt videtur; duae aliae oſſium longorum partes, ex diaphyſi, vt videtur; tres partes coſtarum, vel forte dentium piſcis cuiuſdam, quarum tertia potiſſimum denti *manati* admodum ſimilis eſt; ac demum duo oſſa incognita, quae vero vertebras piſcis cuiuſdam eſſe veriſimile eſt: et poſteriorem quidem pro atlante Cl. Auctor, licet coniectura tantum, habet. Hoc autem pro certo aſſumit, oſſa haec omnia ex piſcibus aut animalibus marinis eſſe, ad quod probandum argumentis ſatis validis vtitur, quae vero repetere breuitas nos prohibet. T. V. T. VI. T. VII. T. VIII. T. IX.

Commentarius ſecundus de *Tirſa* Coſaccorum agit. Planta eſt Vcraniae indigena, cuius ſemina tamen cum Cl. DUHAY ad Cl. Auctorem miſiſſet, eadem laete in Gallia creuit: digna propterea, quae oeconomis commendetur, cum aeque in foeno, ac p. 19.

in ſeminibus gratiſſimum equis pabulum praebeat. A faſciculis foliorum, ex radice protruſis, formatur vagina culmum ambiens, ex qua emittuntur folia linearia, ſubulata, priſmatica, canaliculata, margine nonnihil aſpera, in ſuperiore ſuperficie tenuiſſimis pilis obſita: ex quorum medio ſurgit culmus duorum ad minimum pedum altitudinis, in duas paniculas ſe diuidens, quarum altera poſt alteram euolvitur: ſuccedunt quoque aliae ſecundariae paniculae ex culmo ipſo, ſed breuiores, et parcioribus floribus inſtructae. Habitus affinis eſſe videtur auenae, a qua tamen multum omnino diſtat. Paniculae ſunt laxae, ramuliſque, huc illuc diſperſis, locuſtae vniflorae adhaerent: calix conſtat duabus glumis oblongis, apice ariſtatis; folliculus vniualuis, inferius et ad latera pilis obſeſſus, ſuperius in vno latere oblonge exciſſus; ſtamina tria, filamentis brevibus, antheris ſuperius et inferius bifurcatis, vt in arundine; ſtili duo, breuiſſimi, ſtigmatibus plumoſis, florem coronae inſtar cingentibus; ſemen oblongum, coroliae longitudine, ſuperius ariſta longiſſima, cylindrica, ſpiculis minutiſſimis obſita, primum apice nonnihil inflexa, in maturitate vero in lineam rectam ſe extendente, terminatum: quae ideo rectius ſemini, quam corollae attribuitur, cum illi adhuc adhaerent, ſi ipſum a corolla iam ſeceſſit. Ex hac deſcriptione, collatis *Auenae*, *Ariſtidae* et *Stipae* characteribus, patet, plantam hanc, niſi nouum inde genus ſub nomine *Tirſae* conſtituere malueris, nullibi melius, quam ſub *Ariſtida* ſtare poſſe; nonnihil quidem cum *Ariſtida adſcenſionis* conuenire; aliis tamen momentis, quantum ex icone PLUKENETII iudicare potuit Cl. Auctor, ab eadem recedere: quare eam dicit *ariſtidam paniculis ramoſis, ſpicis ſparſis, corollae ariſta longiſſima inſidente, foliis ſubulatis;* et ita forte characterem genericum *Ariſtidae*

ſlidae paullum mutandum eſſe monet. Icones additae deſcriptionem egregie illuſtrant. Tab. X. XI.

Commentarius tertius de oſſibus foſſilibus animalium terreſtrium exponit. Ante aliquot annos inſignis eorum numerus prope Stampas effoſſus eſt; ſed ob incuriam et ignorantiam inuentoris neglectus et rurſus ſaxis obrutus, adeo, vt non, niſi eorum oſſium Cl. Auctor particeps fieri potuerit, quae poſtea detecta fuerunt, quae ſollicite et accurate deſcribit atque iconibus adiectis illuſtrat. Dolendum eſt, nulla oſſa capitis, ſi a duabus portionibus maxillae inferioris inhaerentibuſque iiſdem dentibus receſſeris, reperta eſſe, ex quorum conſideratione forte melius de determinando genere animalis ſtatui poſſit. In genere pauca oſſa integra fuerunt. Sunt multa fragmenta cornuum, coſtarum, ſcapularum, et oſſium extremitatum, et aliquot vertebrae integrae. Vix non omnia haec oſſa animalibus ex cerui genere competere videntur: vnum alterumue forte ad oues pertinere poſſent. Occaſionem, qua factum ſit, vt tantus numerus in eodem loco coaceruatus fuerit, neque inſigniori telluris mutationi, neque inundationibus Cl. Auctor adſcribit, ſed ſacrificiis ſolemnibus, a priſcis Galliae incolis peractis, quum conſtet, inſignem copiam animalium ſacro ritu quotannis occiſam, eaque vel penitus combuſta, quae holocauſta, vel vna defoſſa, quae immolationes dicebant, fuiſſe. Neque, vbi oſſa maioris molis deprehenſa fuerint, illa ſtatim elephantis vel hippopotami credenda eſſe monet, ſed vris adſcribenda putat, qui forte tractu temporis, regionibus cultioribus redditis, ſenſim degenerauerint atque a priori magnitudine defecerint. Varia deinde oſſium foſſilium exempla ex diuerſis ſcriptoribus excitat, et quantum veri vel falſi horum relationi- p. 29. Tab. XII-XVI.

tionibus inſit, diiudicat: ac denique indicem ſcriptorum, qui de hoc argumento expoſuerunt, ſubiungit.

p. 80. Commentarius quartus de corpore quodam agit, quod polypum terreſtrem putat Cl. Auctor. Inuenit illud ante 22 annos prope Aquilam, neque alio poſtea tempore, neque aliis in locis, in foliis *Spergulae aruenſis*, cuius glandulis cupulatis, quas olim in hiſtoria glandularum plantarum deſcripſerat, copioſiſſime inſidebat et adhaerebat; neque vlli alii plantae vicinae idem corpus inſediſſe animaduertit. Paruitas eius tanta eſt, vt oculos nudos fugiat, qui, quum magna eius copia in vno loco haeret, nonniſi maculam albam diſcernere queunt, quam facile *Byſſum* vel ſimilem plantam putares: et microſcopio non mediocri vſus Cl. Auctor paruum filamentum, quartam vel dimidiam partem lineae magnitudine aequans, conſpexit, in varia alia minora filamenta, extremitatem ſuperiorem circulari modo cingentia, terminatum, coloris egregie albentis, motu admodum vtuido: os quidem ob ſummam exiguitatem nullum detegere potuit; eamdem tamen ipſius, ac aliorum polyporum, qui in aquis dulcibus viuunt, rationem eſſe, analogia ſuadet. Deſcribit poſtea modum, quo polypi iſti inter ſe cohaereant: veſtigia quoque nonnulla orientis iunioris polypi, et ouulorum in apice glandularum, animaduertit, quamquam de poſterioribus ipſe dubium fouet, qui fieri poſſit, vt in planta annua ouula iſta ſeruentur. In praefatione, mentione huius commentarii facta, varias obſeruationes de differentia motuum in polypis et variarum plantarum, v. c. marchantiae, Iungermanniae, anthocerotis, conferuae, tremellae, ſpeciebus obſervatorum proponit, hisque ad declarandam ſuam de polypo hoc terreſtri ſententiam vtitur.

Com-

Commentarius quintus ampliſſimus eſt, et con- p. 91.
tinet hiſtoriam porcellanae Gallicae. Scripta, quae hic collecta ſiſtit Cl. Auctor, in variis iam antea diariis Gallicis diſperſa in lucem prodierant. Notum eſt, Chinenſes ad conficiendam porcellanam vti lapide quodam, quem *pe-tun-tſe*, et terra, quam *Kao-lin* dicunt. Dux Aurelianenſis haec duo mineralia ex China apportari iuſſerat, quibus inſpectis, Cl. GUETTARD monſtrauit, ſimilia in Galliae variis locis proſtare: quare idem Dux, pro ſingulari erga artes amore, tractum quendam, vbi inſignis eorum inueniebatur quantitas, coemit, et, furno prope vicum Bagnolet exſtructo, iam res eo redierat, vt porcellana indigena confici poſſet, cuius tentamina Chinenſem perfecte aequaſſe Cl. Auctor affirmat. Sed mors principis haec conamina omnia irrita reddidit. Cum autem Noſter hanc hiſtoriam in conſeſſu academiae ſcientiarum publici iuris feciſſet, exorta eſt acerrima controuerſia, cum partim Ill. COMES DE LAURAGUAIS ſibi inventionis gloriam vindicare anniteretur, partim Cl. GUETTARD, Cl. VALMONT DE BOMARE reprehendiſſet, quod cauſſam cohaeſionis in parte argillacea terrae *kao-lin* poſuiſſet, quae tamen ex mente Noſtri lapidi *pe-tun-tſe*, ex vitreſcentium claſſe, competeret; item quod prior in *kao-lin* admixtam terram calcaream ſtatueret, Noſter e contrario eamdem puram argillaceam, vel ſaltem micae particulis remixtam, perhiberet: inſurgentibus interea defenſoribus Cll. DE BOMARE, TORCHET DE S. VICTOR et ROUX; ac vtramque ſententiam inter ſe conciliare annitente Cl. DE LA PERRIERE DE ROIFFE. Totam hanc controuerſiam repetere, et ab inſtituti noſtri breuitate alienum putamus, et ea nos potius Lectores noſtros offenſuros, quam delectaturos veremur.

p. 227. Quare protinus ad commentarium ſextum progredimur, qui de materiis, ad chartam ſcriptoriam conficiendam aptis, exponit, et iam ante plures annos diario oeconomico inſertus fuit. Tentamina Cl. SCHAEFER *) Noſtro nondum innotuerant, cum hunc commentarium ſcriberet. Poſtquam hiſtoriam inuentionis chartae ſcriptoriae tradidit, varias plantas ex palmarum, graminum, liliacearum, amentacearum, incompletarum, maluacearum, atque algarum claſſibus conſiderat, quae ex teſtimonio Auctorum huic operi inſeruire putatae fuerunt: poſtea paleas, ſub cannabis et lini praeparationibus deciduas, (*chénévottes*) capiendis tentaminibus commendat, et inſtituta a ſe Ipſo in tomentis variarum plantarum v. c. lanugine, ſemina *goſſypii* inuoluente, pappis carduorum cet. experimenta recenſet. Subſtantiam ſericam *apocyni* tentare nondum potuit. *Conferua* in lacubus coagmentata, quum hi exſiccati fuerint, chartam ſatis denſam exhibet; experimenta tamen Cl. Auctoris non ſatis bene ceſſerunt; putat autem, rem melius actum iri, ſi forma plagulae chartae non per immerſionem, vti conſueto modo fit, ſed per compreſſionem efficiatur. Cum Chinenſes dicuntur ex ſerico chartam conficere, tentauit Cl. Auctor folliculos phalaenarum huic vſui adhibere, quod negotium aliquo modo eidem ceſſit; ſed minore horum folliculorum copia inſtructus, non, niſi mortario minore, ad eos contundendos et aqua ſubigendos vti potuit, et ſperat, melius negotium proceſſurum, ſi ii in machina ampliore, quo in officinis chartae conficiendae lintea conquaſſare et in pultem redigere ſolent, praeparentur. Neque earum phalaenarum folliculos excludit, qui his pilos ſuos intertexere conſueverint: ſatis nimirum inde lucri exoriturum autu-

mans

*) v. ſupra p. 293.

ns, ſi vel ſola charta emporetica inde con-
queat.

Commentarius ſeptimus experimenta enume- p. 254.
in variis ſpeciebus argillarum coloratarum (*glai-*
), arenarum et diuerſorum lapidum capta, vbi
tationes ſub vario ignis gradu ratione conſiſten-
, coloris, et potiſſimum particularum martia-
n, obuenientes ſollicite et curioſe obſeruauit Cl.
ctor; quae vero in compendio contrahi ſe non
iuntur. Mineralia haec omnia ex Gallia de-
mta fuerunt.

Octauus ſiſtit obſeruationes mineralogicas, in p. 273.
onia per annos 1760, 1761, 1762 et priores
nſes 1763 captas, primum a Cl. GUETTARD,
poſt eius diſceſſum ex hoc regno a Cl. DEL-
c abbate; quarum ſummam iam commentariis
demiae ſcientiarum anni 1762 *) inſerendam
ſter curauit.

Commentarius nonus iſque vltimus de minera- p. 347.
ia Italiae exponit. Nota eſt hypotheſis Cl. Au-
ris de variis regionum diuiſionibus, quae zonae
ndes) Ipſi dicuntur, cui olim iam ſyſtema mine-
giae Galliae atque Angliae ſuperſtruxit **),
dem nunc modo Italiam conſiderat, chartam geo-
phicam huic vſui inſeruituram ſucceſſu tempo-
ſe editurum pollicetur, et propediem ſimilem
rmaniae noſtrae deſcriptionem confecturum
ndet. Iam cum ipſe numquam viderit Italiam,
quiſitionem mineralogicam huius regionis com-
it Cl. ROLANDO DAUBREUIL, et qui eum

) vid. comm. noſtr. Vol. XV. p. 468. ſeq.
*) Hiſt. et Mém. de l' Acad. Roy. des ſcienc. année 1746. p. 363. v. comm. noſtr. Vol. I. p. 298.

comitabatur Cl. GUENÉE, eloquentiae quondam in collegio Pleſſiaco vniuerſitatis Pariſienſis profeſſori, qui ipſi iam in pluribus itineribus mineralogicis per Galliam comites fuerant. Hi viri menſe aprili 1762 iter exorſi ſunt per meridionalem Galliam, et inde naui Genuam profecti maximam Italiae partem peragrarunt, ac Germaniae partes quasdam emenſi, cum in eo eſſent, vt in Pruſſiam ſe conferrent, Lipſiae commorari coacti ſunt, vbi Cl. DAUBREUIL die 21 ſeptembris 1763 variolis confluentibus exſtinctus eſt, nondum expleto vigeſimo primo aetatis anno. Quicquid in toto itinere a Lugduno vſque ad Oenipontem notatu dignum, quantum ad terrae et lapidum ſtrata, ad fontes, fluvios, lacus, montes, imo quoque ad varium vſum mineralium in vita communi ſpectat, occurrit, ſedulo hi peregrinantes conſignauerunt, quorum relationem Cl. GUETTARD ex aliis auctoribus, Cll. GROSLEY, NOLLET, ADDISON, DE LA CONDAMINE, cet. illuſtrat et deſcriptionem mineralogicam inſularum, in vtroque latere Italiae adiacentium, quas noſtri peregrinantes non attigerant, ex aliis ſcriptoribus addit, de Sicilia opere PETRI DEL CALLEIO Y ANGULO *) de Corſica Cl. IAUSSIN **), de Sardinia BLASII CARYOPHYLLI ***) et SALUATORIS VITALIS ****), et de mari Adriatico Cl. ALLIONI *****), praecipue vſus. Nos, quum exactam relationem de ſingulis notatu dignis rebus, quas in Italia obſeruatas commemorat Cl. GUETTARD, tradere nequeamus; pau-

*) Deſcription de la Sicile, Amſterd. 1734. 8.
**) Mém. ſur la Corſe, Lauſ. 1758. 12.
***) De antiqu. auri, argenti, etc. fodinis, Vienn. Prag. et Tergeſt. 1757. 4.
****) Annal. Sardin. Florent. 1639.
*****) Eſſai ſur l' Hiſtoire naturelle de la mer Adriatique traduit en Franc. à la Haye, 1758. 4.

pauca tamen quaedam excerpamus, quae attentionem horum virorum prae reliquis declarasse nobis visa sunt. Cl. TARGIONI terras et arenas Florentinas examinat, ad porcellanam inde parandam.

Nimis forte generale est, et exceptiones quasdam, quantum nos iudicamus, admittit effatum Cl. GUENE'E: vbicumque aquae sulphureae scaturiant, ibi etiam lapides colore albo gaudere. Fuerunt, qui huic Cl. Viro persuaderent, in ruderibus obrutae vrbis Pompeiae repertas fuisse fenestras ex vitro, non ex lapide speculari, quo veteres vsos fuisse constat, confectas: inque variis huius vrbis subterraneis locis esse vaporem lethiferum similem illi, quem notissima cauerna canum emittit. Puteolis templum olim Serapidi sacratum per longum tempus ad altitudinem quandam maris immersum fuisse putandum est, cum columnae eiusdem foraminibus rotundis perforatae conspiciantur, quae Cl. GUENE'E opus pholadum existimat. Copiose variae formae ac texturae lanae describuntur, quarum memoratu dignissimae etiam iconibus expressae sistuntur. Ea species, quae coloris pallide sulphurei est, quamquam teste Cl. NOLLET ex eadem sulphur praeparatur; tamen eius praesentiam nec prunis iniecta, nec in puluerem redacta, probat: quare sine dubio ad hoc inde eliciendum constantiore et fortiore ignis gradu opus est. Via Appia et Latina, ex lapidibus nigris confectae, eamdem adhuc perfectionem obtinent, quam olim, cum exstruerentur; quod iam Cl. GROSLEY miratus est.

Copiosa est descriptio fodinarum aluminis prope Tolfam, et officinarum, in quibus idem excoquitur. Inuentionem harum fodinarum tribuunt cuidam ex seruitute Turcorum profugo. Cauernam serpentum prope Centumcellas Cl. GUENE'E conspexit, et virtutes medicas non linctui serpentum in ea

p. 362.

p. 365.

p. 368.

p. 370.

p. 374. Tab. XVII. XVIII.

p. 377.

p. 382.

p. 385.

habitantium, ſed vaporibus ſulphureis adſcribendas
p. 387. eſſe monet. Montem Soracte perpetua niue obtegi, ex propria obſeruatione negat. Ciuitatem Ca-
p. 388. ſtellanam, quamquam ſufficienti copia aquae inſtructam, tamen aquae ductum conſtruere ſeptem vel octo milliarium (italicorum) longitudine, qui 30000 imperiales romanos conſtet, obſtupuit.
p. 391. Cataractam Velini prope Interamniam prolixe deſcribit, cui forte labori ſuperſedere potuiſſet, ſi, quae KEYSLERUS *) iam tradidit, ipſi innotuiſ-
p. 397. ſent. Prope Rauennam vitis copioſe inculta creſcit, in regione humida; quam vero olim cultam fuiſſe, antequam inundaretur, probabile eſt. Cl.
p. 399. SPADA non, niſi triginta quinque ſpecies marmorum Veronenſium numerat; Cl. GUENE'E autem eas ad ducentas et quinquaginta aſcendere affirmat. Ingens in montibus huius regionis eſt copia corporum marinorum foſſilium, quorum collectionem aſſeruat Cl. MORANI, pharmacopoeus Veronenſis.
p. 407. Inter Allam et Roboretum horrenda eſt facies ſaxorum ingentis molis, quae ex marmoribus, granitis et ſchiſtis a ſole exuſtis, vel ab aeris efficacitate fatiſcentibus et in puluerem verſis, et omnis generis lapidibus huc delatis compacta ſunt, ita, vt quaedam illorum 50 ad 60 pedes altitudine aequet. Quae de inſulis Italiae ex ſupra memoratis Auctoribus adducuntur, nunc mittimus. Neque ea ita comparata eſſe, vt inde completa cognitio mineralogica harum regionum peti queat, ipſe Cl. GUETTARD fatetur.

Ex his autem omnibus concludit, quamuis difficile ſit certi quidquam hac in re inuenire, quum montium igniuomorum eruptiones tellurisque motus mirum quantum ſolum Italiae mutauerint; vero
p. 435. ſimile tamen eſſe, totum hunc tractum generatim in

*) *Neueſte Reiſen* etc. Tom. II. p. 880. ſeq.

in tres zonas diuiſum eſſe ; quarum prima lapides calcareos communes ſeu margaceos, ſecunda marmora, tertia granitas, ſchiſtos et metalla contineat. Prima fere totum tractum Apenninorum complectitur : extenditur nempe per totum fere Pedemontium, per Maurianam, et forte communicat cum regione margacea Heluetiae prope lacum Lemanum, et cum montibus Delphinatus et Occitaniae ſimilis vtpote indolis : protenditur per totam Italiae longitudinem, per Siciliam et Capreas ; excludendae tamen ſunt partes quaedam, v. c. Calabriae, Vicentini, Bergamenſis, Taruiſini, Foroiulienſis et Idrienſis territorii, quae metallicae ſunt, et mons *Ciaro* duodecim milliaribus Italicis a Placentia diſtans, qui petroleum continet : ac denique tractus quidam Pedemontii, in quibus ſchiſti vel metalla inueniuntur. Secunda zona, per Albaniam, Dalmatiam, Morlachiam et Iſtriam, forte quoque vſque ad Tyrolenſem comitatum extenditur ; in eius confiniis ſunt aquae minerales et fodinae ſalis. Ex altera Italiae parte huc ſpectare videntur littora prope Genuam et Carraram, quibus intercedat communio cum montibus prouinciarum Galliae, ſupra dictarum. Tertia, montes ſiſtit pone marmoreos ſitos : itaque per Albaniam, Dalmatiam, Morlachiam, Iſtriam, Foroiulienſem ditionem, Tyrolenſem comitatum, Alpes, Occitaniam, Delphinatum extenditur, in ſchiſtis et granitis plurima genera metallorum fouens.

XXII.

CAR. A LINNÉ, Termini Botanici explicati. Edit. noua auctior. Lipſiae, 1767. 8. pagg. 39. cum praefatione.

Editionem huius libelli Cl. SCHREBERUS curauit, primamque in multis locis emendauit, et auxit; quod et ordo hic obſeruatus, et botanicum iudicii acumen manifeſte docent. Cum omnes artis terminos ex Ill. LINNAEI operibus colligere ſtuduerit; tironibus botanicis lexicon quaſi quoddam, quo in herbationibus ſtatim vtantur, ita tradit. Omnes breuiter et naturae rei conuenienter definit, atque a radice incipiens, omnes plantae partes, truncum, folia, fulcra, inflorescentiam, fructificationem, et alias quaſdam ad vitam plantarum et definitionem earundem certiorem pertinentes mutationes deſcribit, numerumque terminorum ſeptingentorum et duorum conſtituit.

Quamquam vero multi reperiuntur, a LINNAEO in philoſophia botanica non definiti, quosdam tamen illic deſcriptos, neque hic recenſitos, inuenimus. Quales ſunt: radix horizontalis, perpendicularis; folium ſtrictum, articulate pinnatum, ſeta glandulifera; folliculus, quatenus ad pubeſcentiam pertinet; ſpica ſecunda, diſticha; et propago. Qui tamen omnes et alii in definiendis plantis et legendis libris tironi difficultatem parere poſſunt.

In nonnullis quoque a LINNAEO receſſit Cl.
p. 8. SCHREBERVS. Sic nudum et aphyllum truncum inter
p. 13. ſe diſtinguit, vti quoque folium ellipticum et ouale,
p. 12. quae tamen LINNAEUS coniungit. Folium *ad-*
p. 20. *verſum* LINNAEI verticale dicit. Petiolum et pedunculum, quos LINNAEUS ſpecies trunci eſſe
p. 34. proponit, ad fulcra refert. Conceptaculum LIN-

NAEI

HAEI nomine folliculi insignit; et bracteas folia sequentis anni dicit, quod tamen nec LINNAEUS dixit, nec nobis ita videtur. p. 24.

XXIII.

Nomenclator ex historia plantarum indigenarum Heluetiae excerptus. Auctore ALBERTO de HALLER. Bernae sumptibus societ. Typogr. 1769. 8. pagg. 216. praeter praefationem.

Vt etiam ii, qui historiam stirpium Helueticarum non possideant, nec sibi comparare velint, tirones potissimum, enumerationem plantarum Helvetiae promtam et succinctam accipiant, hanc magni illius, splendidi, et magnopere laudandi operis epitomen Ill. Auctor tradit, et nomina solum sua proponit, additque boni auctoris vel iconem, vel descriptionem. Nos vero, cum ampliſſimam et accuratam egregii illius libri recensionem supra *) iam tradiderimus, hic breuiores sumus, atque, ordine numeroque plantarum manente eodem, qui est in magno opere, ea tantum, quae vel passim emendata, vel addita, vel omissa sunt, notamus. Praeter ea enim, quod, quae in magno opere in appendice adiunctae fuerint plantae, hic suo quaeque loco inserta sit: in descriptionibus quaedam emendauit, locum in nonnullis natalem certiorem indicauit, et nonnullas, de quibus prius iam dubitabat, hic certius definiuit.

Sic *Hypochoeris* (Hypochoeris glabra LINN.), quae nominata tantum est in historia stirpium, definit foliis glabris, semipinnatis, eamque in agris rarius

*) vid. comm. nostr. Vol. XVI. p. 625.

n. 77. rarius naſci affirmat. *Aſterem*, (Inula enſifolia L.) de quo in priori opere dubitabat, non veram eſſe
n. ciuem Heluetiae pronunciat. *Cardaminem*, quam
472 β. tetraſtemonem in appendice prius dixerat, quatuor manifeſtiſſima et longa ſtamina, duo breuiora, et petala parua, longe petiolata habere nunc aſſerit,
n. 720. *Galium*, miſſo Sibi a Cl. SCOPOLI ſpecimine florente, quod Ille galium vernum *) nominat, aliter, atque in hiſtoria ſtirpium Helu. definit; foliolis quaternis, glabris, ouato lanceolatis, racemis breviſſimis, reflexis, aequalibus; et monet LINNAEI ſynonymum huius numeri ex hiſtoria ſtirpium eiiciendum, florisque colorem album corrigendum,
n. 745. et flauum ſubſtituendum eſſe. *Libanotidem* (n. 744. magni operis) foliis triplicato pinnatis, pinnulis primis decuſſatis, vmbellis globoſis, cum planta n. 801. quam in hiſtoria *ſelinum* eſſe ratus eſt, coniungit, eamque liguſticum, ſeruata priori definitione, ob calycem proprium et ſeminis figuram, nominat et poſt n. 757 ponit.

n. 737.* Nouae ſunt: *Sanicula* (Aſtrantia Epipactis **) SCOP.) inuolucris maximis, quinquefoliis, ſeminibus tuberculoſis, quam rariſſimam plantam, a Cl. SCOPOLI Sibi miſſam, in nota addita curate de-
n. ſcribit; denique ad finem addit zoophyton, ſpon-
2487. giam ramoſam fluuiatilem, polyſpermam. Omiſſa
n. 43. ſine addita ratione inuenimus, *hieracium*, caule multifloro, foliis amplexicaulibus, piloſis, rariter
n. 474. dentatis. *Cardamine* (pratenſis L.) foliis pinnatis,
n. 565. radicalibus ſubrotundis, caulinis linearibus. *Viola* (ceniſia L.) radice multicauli, foliis petiolatis, ova-
n. 626. tis, integerrimis. *Anagallis* (aruenſis L.) caule procum-

*) vid. EIUSD. Flor. Carniol. Ed. II. p. 99. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 619.

**) vid. ib. p. 185. comm. noſtr. ib.

cumbente, foliis ouato lineatis, petaliis ferratis, calycis foliolis ſubulatis. *Roſa* (alpina L.) inermis foliis ſeptenis, glabris, calycis ſegmentis indiuiſis. Computatis igitur et emendatis omnibus ab Ill. Auctore, verus numerus plantarum, Heluetiae naſcentium, conſtituitur duarum millium quadringentarum et nonaginta. n. 1197.

XXIV.

Mineralogiſche Beluſtigungen zum Behuf der Chymie und Naturgeſchichte des Mineralreichs. Erſter Band. Leipzig, bey Joh. Friedr. Heineck und Faber, Buchhändler in Copenhagen, 1768. 8. *Seit.* 544. *Zweyter Theil,* 1768. 8. *Seit.* 547. *ohne Vorrede und Regiſtern, mit* 4. *Kupfert.*

i. e.

Deliciae mineralogicae, ad augendam chemiam et hiſtoriam naturalem regni mineralis collectae. Vol. I. et II.

Offerimus hic Lectoribus noſtris librum, qui, etſi maximam partem commentationes, alibi iam propoſitas, continet; dignus tamen eſt, quem Germani, potiſſimum mineralogiae ſtudioſi, diligenter legant, cum tractationes in eo collectas reperias, quae in variis Academiarum Regiarum aliarumque commentariis a viris, huius doctrinae peritiſſimis, conſcriptae inueniuntur: quae quidem, cum diuerſarum doctrinarum complectantur commentationes, vix ab omnibus emuntur. Praeterea editor huius libri ſe curaturum in praefatione primi voluminis promittit, vt quasdam, nullibi propoſitas, ad hanc doctrinam ſpectantes, tractationes ſequen-

ſequentibus inſerat partibus. De collectione harum commentationum, nihil, quod nobis diſpliceat, habemus, niſi, quod optaremus, vt libri, ex quibus deſumtae ſunt, curatius indicati eſſent. Iam eas, quae a nobis nondum recenſitae ſunt, breviter perluſtremus.

Vol. I. p. 1. 1) *Tentamen de origine et generatione metallorum.* Auctore Cl. ELLERO. ex actor. Berol. Tom. IX. *).

p. 63. 2) *Annotatio de ratione, qua lapis fiſſilis naſcatur.* Sententia, quae lapidem fiſſilem ex humo paludoſa, indurata et combuſta enatum eſſe, affirmat, ex eo probatur, quoniam, praeter quod piſces indurati in eo inueniantur, Cl. Auctor poſſideat fruſtum lapidis fiſſilis, in quo annulus metallicus conſpiciatur, qui fragilis igne quaſi factus ſit, neque aliter, quam vi, exiſtere potuerit.

p. 65. 3) *Relatio de foſſilibus, quae circa vrbem* Scheppenſtedt *inueniuntur.* Auctore C. F. MEYER. ex Brunſuigicis relationibus, anni 1756. Quae et in *monte rubro*, et *Sampleberenſi* (*Sampleberberg*), circa vrbem Scheppenſtedt Brunſuigicam ſitis, reperiuntur foſſilia, ea eſſe refert, cum *ſilices*, martem continentes, tum varia et *phytolitha*, et *zoolitha*. Sili-
p. 66. ces non quidem tantum martis praebent, vt operae ſit pretium eos eapropter praeparare; adſunt vero ſimul ochrae partes, cuius vſui in arte pictoria locus relinquitur. Ex phytolithis ſunt, primo
p. 67. lignum petrefactum, (*Lithoxylon filicinum* L.), quod, quale fuerit, non plane pateat; deinde fungos, eosque varios, et varii nominis in petram mutatos, quos *fungitas* dicit: ex zoolithis corallia petrificata (*Hel-*

*) vid. comm. noſtr. Vol. V. p. 193.

(*Helmintholithum ſpongitem* L.) enumerat, et vermes, p. 72.
cateruatim in petram mutatos, *polypilitas*, cum coralliorum incolae viderentur, ab Eo dictos: deinde *echinitas*, et eos, qui *chelenitae* vel *loricati echinitae*, et *echinitae ouarii* nominantur, et aculeum echinitae petrificatum; tum *nautilitas* (*Helmintholithum hammonitem* L.) et *hammonitas*, quos prioribus ſimiles, et multitudine ſulcorum tantum differre dicit: denique *cochlitas*, illosque, qui ex concha ſpiruli nati ſint, atque turbinitas (*Helminth. Madreporum turbinatum* LINN.)

4) *Examen chemicum terrae ſulphureae ſingularis* p. 85.
circa Tarnowitz *in* Sileſia *reperiundae*. Auctore Cl. LEHMANNO; ex act. Berol. T. XIII. *).

5) *Relatio de terra ardente circa Chrzanow*, p. 115.
quod praedium eſt Comitis DE TENCZYN OSSOLINSKY, *Domini de Sendomir*, d. 9. ſept. 1755. ex relationibus Dresdenſibus 1756. Terra, quae, cum caſu accenſa eſſet, vlterius flagrauit, deſcribitur: eamque, ſi accipidatur, flammam ſpargere; ſique eidem ignis propinquus ſit, iam accendi: locum denique, vbi haec terra inueniatur, prius paludem fuiſſe aſſeritur.

6) *Relatio de ſpecu Harzburgica*, ex relat. p. 117.
Brunſuigicis 1756. Auctore O. F. MEYERO. Reiectis caeteris huius ſpecus deſcriptionibus, eandem eſſe dicit ductum ſubterraneum, quem veteres, cum Harzburgum oppugnarent, effoſſerint, eumque, propter montis naturam, apertum remanſiſſe. Cum, ex defectu ſolaris caloris, frigus in eo magnum ſit, nominari ab incolis *cellam glacialem*; foſſilia vero in eo reperiri negat. 7) EIUS-

*) v. comm. noſtr. Vol. VIII. p. 636.

p. 124. 7) EIUSDEM *de fossilibus Harzburgicis* relatio. In Harzburgica regione non quidem mineras diuites, alia tamen multa mineralia inueniri refert, vti sunt: ochra martialis, marmor perpulchre figuratum, silices martiales adeo perlucidi, vt granatis Bohemicis similes videantur, variaque et phytolitha, et helmintholitha: ex quibus duo pectinitas, quos nullibi descriptos se reperisse dicit, tantum afferamus, alterum habere dicit testas planas, fere circinnatas, illumque in *cardine* obtusum rostrum solum offerre, atque ad musculitas pertinere; alterum esse punctatum, atque ad familiam *Chamarum* referendum. His subiungit repertas casu conchas marcasiticas, quae et ad testacea vniualuia, et biualuia pertineant, et sint insignis magnitudinis.

p. 128.

p. 131. 8) *De fluuiis regionum* Lyonnisii, Forensis et Belloiouiensis, *qui grana aurea argenteaque secum ferunt; ex actis* DULACI *Lyonnensibus.* Quamquam in quibusdam fluuiis auri quaedam vestigia reperiuntur; Rhodanum tamen solum esse affirmatur, qui grana auri argentique, idque tam parca, vt vix inquiri mereatur, copia secum ferat: atque ratio aurum separandi ostenditur, quae fit, si immissa in saccum coriaceum arena concutiatur, ac deinde mercurio aurum eliciatur.

p. 135. 9) *Descriptio montis Pilae.* Celebritate huius montis Auctor commotus, eum adiit, vt, quae reperisset, proponeret. Inueniuntur vero in eodem fodinae lithanthracum et venae stanneae, atque in quibusdam locis, praesertim in vna summitate, acerui lapidum, variae magnitudinis, viridisque coloris, quos incolae *Chirats* dicunt, conspiciuntur. Deinde planities eiusdem, situm, vicinias, fontemque, ibi inueniendum, praeterea figuram, altitudinem obser-

obſeruationesque, barometro et thermometro inſtitutas, atque amoenum ab eo proſpectum, roburque incolarum deſcribit.

10) *Tentamina chemica cum Saxonicis* Topaziis *inſtituta.* Auctore Cl. POTT, *ex actor. Berolin.* Tom. III. Inſtituit Noſter experimenta cum topazio, ex montibus Variſciae, qui dicuntur *Schneckengebürge* deſumto, ita, vt eum, cum lapidibus terraque ſiccata commixtum, igni forti immitteret, ſicque diſquireret: quo effectum putat, vt, qui fuſioni gemmarum operam dant, commoda aliqua accipiant. Duriſſimum lapidem, poſt adamantem, ſaphirum et rubinum eſſe affirmat, neque, ſi ſolus ſit, fundi, ſed ſummo igne ita tantum mutari poſſe, vt foliola dimittat atque in puluerem, praeſertim ſi crebrius aquae frigidae immittatur, iterumque igne candefiat, comminuatur. Alcali, varia copia addito, ſi vel decem eius ad vnam topazii partem eſſent, non plane fundi; ſi vero huic mixturae borax varia quidem in proportione adderetur, fuſionem ſequi vidit, coloris, pro varia partium additarum natura et inter ſe ratione, varii. Idem obtineri affirmat, ſi nitrum addatur; non tamen in vitrum mutari maſſam. p. 153. p. 158. p. 159.

Praeterea boracem ſolum, ſal fuſile microcoſmi, cui etiam zaffera addatur, calcem plumbi, cineres cupri, cretae triplam portionem, ſpathum vitreſcens, eaque vel ſola, vel vario modo ſibi inuicem immixta fuſionem attuliſſe topazii, eamque varii et coloris, et conſiſtentiae; non vero eandem ſecutam eſſe contendit, additis vel ſale mirabili GLAUBERI, vel antimonio, quod potius illum in maſſam, ſpumae ſpecie aſcendentem, duriſſimamque factam mutaſſet; vel luna cornua, vel ipſo argento, vel cretae portione ad topazium dupla. Haec p. 162.

omnia et ſingula cum euentis diſtincte et egregie hic enarrata inuenies.

p. 171. 11) *Notatu dignas et ad hiſtoriam naturalem pertinentes res, in praefectura* Hohenſteinenſi Comitum STOLLBERG *reperiundas*, deſcribit F. C. LESSER. ex relat. Hannou. 1751. Situm, regiones, et loca ſingula, in quibus quaeque reperiantur corpora, cum eorum pretio atque vſu deſcribit Cl. Auctor, iisque addit varios fontes, ſpecus, et fodinas cupreas; nobis vero ſufficiet, nomina praecipua illorum atque peculiares qualitates hic referre. Quae ſunt ſequentia: lithanthraces maiori, quam communes, ſulphuris copia praediti; argentum, quod tamen Ipſe non inuenit; alabaſtri (*Gypſum alabaſtrum* LINN.) variae ſpecies, luſum alabaſtrinum, alabaſtrum ſtellare, et glaciale vel matris perlarum, atque varium, illudque, quod, ob duritiem, ad marmora referri meretur, dicituruque ab incolis lapis *formoſae puellae*, aliusque lapis, qui, propter
p. 175. odorem foedum lapis *ſuillus* appellatur. His ſubiungit varios fontes, vbi corpora iniecta cruſta lapidea obducuntur, aliosque, qui alias habent proprietates variaque nomina, vt *latus ſaltatorius*, *foramen inexhauſtum*, aliaque. Praeterea multas et diuerſas ſpecies alabaſtri atque ſelenitem ibidem reperiri dicit, quae omnia cum notabili quadam, circa pagum *Vrbach* poſita, ſpecu deſcripta leguntur.

p. 191. 12) *Annotatio de mutatione cuiuſdam conchae in mineram cinnabaris*, ex libro, cui titulus eſt Patriota phyſico oeconomicus T. II. Paruam, eamque omnes naturales impreſſiones oſtendentem oſtream ſe poſſidere dicit Auctor, quae, cum grauitate magna praedita eſſet, metalliſationem indicabat. Re diligentius diſquiſita, apparuit, interius adeſſe mineram

ram cinnabaris, cuius etiam veſtigia in ipſa conchae ſubſtantia conſpicerentur. Metalla ſenſim generari, atque in terra creſcere, hinc confirmari putat Auctor.

13) *Experimenta chemica, cum ſteatite inſtituta.* p. 192.
Auctore Cl. POTT. ex act. Berol. T. III. Diſquiſita huius petrae, quam LINNAEUS iam *talcum ſmectin* nominat, etymologia, atque enumeratis variorum et veterum et recentiorum de ea opinionibus, eiusque denominationibus, indicatisque variis regionibus, in quibus reperiatur, atque vſu eiusdem, cum ad fornaces a nonnullis adhibeatur, declarato: ad eius naturam deſcribendam accedit. Relatis et partim refutatis aliorum de ea opinionibus, putat eſſe eandem ad *argillas* referendum, cum ad ignem dureſcat, neque differre ab iis, niſi, quod in aqua non dilabatur: hinc *ſerpentinum*, *nephriticumque lapidem* ad idem genus pertinere, qua in re Ill. LINNAEUS iam cum eo conſentit. Praeterea odorem ſteatitis eſſe pinguedinoſum refert; ſique frangatur, ſplendere, nec, niſi duritie, per aerem mutari, atque, quando aquae immittatur, per fuſurrum aliquid amittere, igne adeo durum fieri, vt, chalybis inſtar, ſcintillae inde proueniant, et colorem plerumque album nanciſci.

Quae ſequuntur experimenta Cl. Auctor cum p. 217.
ſteatite Baruthenſi inſtituit, iisque vidit: acidos ſpiritus eum parum mutare; terram tamen eiusdem, quae colorata ſit, iis ſolui, indeque, per aquam regis, ex ſteatite flaui coloris, obtineri ſolutionem flauam, terra albicante remanente: atque aquam fortem ex nephritico coloris viridis fieri, puluereamque, alcali praecipitatum, flauum reſiduum manere. Deinde, ſi ſextam ſalis alcalini partem ſteatiti adde- p. 218.
ret, igni forti dura, extenſa tamen maſſa produce-

batur; ſi vero partes eius anaticae fuerint fluidam albamque, vel dupla pars, brunam maſſam enatam vidit. Hepar ſulphuris in maſſam, nigro achati ſimilem, ſcintillantemque eum mutabat. Nitri pars vna, cum duabus ſteatitis partibus fundebatur, vitrumque praebebat flauum, non tamen perlucidum. Arſenicum, pari quantitate ei admixtum, maſſam obſcure flauam, ſtriis ſubalbis, additis duabus arſenici partibus, ſerene flauam efficiebat. Sal fuſile microcoſmicum, partibus anaticis, achati ſimilem, obſcuram obtulerat maſſam; cui ſi tantundem boracis calcinati adderetur, maſſa berillo ſimilis oriebatur. Nephriticus lapis cum alcali non fundebatur, ſed obſcuram; cum borace vero fundebatur, rubramque effecit materiam. Serpentinus cum borace in fuſionem redigebatur et colorem nigro brunum induebat; addita vero huic maſſae eadem cretae rubrae copia, maſſa vitreſcens, et nigra enaſcebatur.

p. 220. Praeterea commiſcuit Noſter cum variis vitri ſpeciebus ſteatitem, nephriticumque, nec non cum terris calcareis, et gypſeis, argillaſeisque, atque vitreſcentibus; eosque mox vel fuſos eſſe, vel contra; mox alium aliumque colorem induiſſe vidit; quae vero hic, cum propter rei nexum iam longius immorati ſimus, reticere conuenit. Denique, ne haec ſine fructu propoſita videantur, Cl. Auctor vſum proponit, qui ſit, vt varia vaſa, praecipue chemica inde parari poſſint, maculisque deliniendis lanaeque purgandae conueniat, atque variae ſtatuae, imagines, aliaque pareatur.

p. 229. 14) *De generatione nitri*, Auctore Cl. IUSTI ex relation. Politic. Gotting. 1756. Enumeratis nitri principiis, oſtenduntur incommoda, quae ex communi nitrum parandi ratione ſequantur. Cum enim ex acido aeris nitroſo et alcali fixo, addito parum

parum alcali volatilis, nitrum naſcatur; apparet, terram requiri mollem, quam aer facile tranſeat: quae, quoniam in communibus, ad nitrum generandum paratis parietibus non ſit, ſed terra argillaſea: praetereaque ſolares radii alcali volatile diſſipent, pluuiaque nitrum in terra diſtribuat eamque duram reddat; ſuadet, vt humus, ſalibus acidis alcalinis et fixis, et volatilibus impraegnata, adhibeatur. Hanc humum, additis his ſalibus, facile obtineri poſſe ex variis rebus oeconomicis aſſerit, vt vitriolo, ſale communi, cineribus, calce extincta, ſimo, vrina, aliisque. Ab aeſtu ſolari pluuiaque ope aedificii eſt defendenda, quod ex octo columnis, tectoque ſtramineo vel ſcandulari tectum conficiatur, cuiusque latera ad terram ex lapidibus ſint exſtructa, his vero aſſeres, foraminibus ad aerem immittendum praediti, ſuperimponantur. p. 237.

15) *Ratio vera, cur ferrum frigidum fragile fiat*, ad quaeſtionem, ab Academia Holmienſi ſuper hac re propoſitam, hic ex indiciis Brunſuigenſibus 1758 proponitur. Etſi haec tractatio nonnullis alchemicis obſcurisque terminis repleta eſt; id tamen inde intelleximus, ponere Auctorem eiusdem cauſſam fragilitatis ferri in craſſis ſalibus terreſtribusque particulis; eamque corrigi putare, ſi minera ferri puluerisata, furno reuerberatorio immiſſa, ita igne fortiter tractetur, vt bruno rubra fiat, ſieque lebeti cupreo, ſuperfuſa aqua, immittatur, quo, dum maſſa continuo agitetur, per decem horas coquatur; quod eatenus repetatur, donec cryſtalli concreſcant. Multam operam, quae adhibenda ſit, compenſari dicit inde, quod ligno carbonibusque parcatur, ferrum melius obtineatur, deinde ſeparatione aurum eliciatur, atque aqua ſit medicina vniuerſalis; p. 240.

ſalis; quae tamen, quam vere dicantur, aliorum iudicio ſubmittimus.

p. 248. 16) *De regeneratione aluminis ex terra ſibi propria, aliisque artificialibus illud ex aliis terris, acidi vitrioli ope, obtinendi methodis tentamina*, a Cl. MARGGRAF *inſtituta*; ex act. Berolin. T. X. huc relata *).

p. 260. 17 et 18) *Experimenta de terra aluminis*, Auctore EODEM. ex iisd. **).

p. 291. 19) CAROLI SAUNDER *litterae de celebri crypta in inſula* Antiparos; ex Anglico ſermone huc relatae. Poſt longum periculoſumque iter ſe veniſſe refert in cryptam, ſplendidam amoenamque, quae glacie, ſenſim in varias figuras mutata, ornata ſit; atque in fundo habeat cryſtallos varii coloris, glacie interſperſa; cuiusque ſub terra profunditas ſit, circiter vlnas ſeptingentas et viginti octo, centum et viginti eius amplitudo; longitudo vero centum et ſexaginta nouem, et altitudo nonaginta vlnas habeat.

p. 297. 20) *De ratione, qua marmor tingatur*; ex Patriota phyſico oeconomico. Oſtenditur non omne marmor, ſed durum tantum tingi poſſe, idque eum calorem accipere debere, vt quidem non candeat, aqua tamen, ſi ſuperfundatur, ebulliat: varia deinde, pro varia, qua colorem induere velis, re, menſtrua requiri: ſic lapidem lazuli et ſanguinem draconis ſpiritu vini, radicem alkannae oleo therebinthinae, aliaque aliis eſſe ſoluenda; alia nullis menſtruis egere, qualia ſint, ſanguinis draconis puriſſima

*) vid. comm. noſtr. Vol. VI. p. 328. ſeq.
**) vid. ibid. p. 330.

sima species, gamboga, cera viridis, sulphur aliaque. Sic marmor vel flauum, vel rubro flauoque mixtum, vel coeruleum reddi posse. Praeterea figuras eminentes in marmore effingi, si eae marmori creta impingantur, verniceque obducantur, reliquum postea marmoris spiritus salis acetique destillati partibus anaticis macerandum esse.

21) Cl. AEPINI *nouae obseruationes, quae electricitatem Turmalini attinent*; ex act. Berol. T. XII *). p. 302.

22) *De petrificatis figuratis, quae circa* Salzthal *reperiuntur.* Auctore C. F. MEYERO, ex relation. Brunsuigicis 1756. Non adeo diu esse affirmat, quo haec petrificata illic inueniantur, cum BRÜCKMANNUS, in sua historia naturali eorum nullam fecerit mentionem: deinde eorum figuram externam describit, quae obscure bruna crusta, coniuncta cum materia spathacea, albi coloris, cincta est, et inaequalis, collectaeque ex terra, herbis animalibusque debilibus massae, aquae vi inter se coniunctae, similis conspicitur: tum interna substantia, colore vel bruno, vel sulphureo, raro cinereo, vel fusco praedita dicitur, quam diuersitatem coloris Cl. Auctor in *phystolithis* a succo plantarum, massae terreae communicato, deriuat. Praeter hos adesse refert *helmintholithos, hammonitas* nimirum, qui concamerationes variis crystallis, quibus teneri *dendritae* iterum infint, amoeno aspectu refertas offerant; atque *belemnitas*, cum his coniunctos, similes succino, atque minores. p. 323.

23) Ill. LINNAEI *de generatione crystallorum*, *Resp.* Martino Kaehler, *dissertatio*, ex amoenit. Academ. Vol. I **). p. 331.

*) v. comm. nostr. Vol. VII. p. 711.

**) v. comm. nostr. Dec. I. Suppl. I. p. 85.

p. 367. 24) Cl. ZEHMANNI *historia naturalis de Chrysopraso* Chosemizensi. ex actor. Berolin. T. XI. *).

p. 385. 25) Cl. BLASII CARTOPHILI *tractatio de tempore, quo lapidicinae inventae sint, earum inventoribus, iisque, qui eas tanquam supplicium colere debuerint; de inspectoribus fodinarum marmorearum, de machinis, morbis, et instrumentis lithotomorum, atque de arte marmor tingendi, macerandi et litteras incidendi: ex eius libro de marmoribus antiquis.* Etsi hac docte conscripta, et ex veteribus Hebraeis, Graecis Romanisque demonstrata tractatione magnopere delectati sumus; non possumus tamen omnia afferre, sed praecipua tantum recensemus. Primos fuisse Graecos, deinde Aegyptios, a quibus CADMUS, primus, de quo quid certi dici queat, hanc artem accepisset, arti lapidariae operam dedisse, affirmat. Marmor Tyrium omnium antiquissimum esse; Ephesini autem tempus non certum, sed a PIXIDORO fodinam eius inuentam credi: marmor Pentelicum a BYZA esse inuentum: Syracusanum multo antiquius habendum, nec solium has lapidicinas in montibus, sed etiam in planitie cultas fuisse.

p. 397. Deinde demonstrat, omnes maleficos, quales etiam christiani habebantur, huic operi vacare debuisse: lapicidas lychnos frontibus alligasse, propriisque vestibus, quae saccis instructae essent, sese induisse, et vas, quod περίοδος diceretur, secum tulisse. Machinas atque instrumenta fuisse columnas, quibus tellus suspenderetur, vasaque, malleosque, cuneos, serras, quibus marmora dissecarentur, aliaque plura. Deinde, ne aqua scaturiens operarios laederet, *cochleam*, quae vocabatur, ab ARCHIMEDE inuentam fuisse, qua aquam extraxissent. Prae-

*) v. comm. nostr. Vol. VI. p. 633.

Praeterea iis fuisse artem, qua ferrum, si durum cuperent, in aquam; sin molle, in oleum tingerent, Laconicumque ferrum optimum habitum fuisse. CLAUDII caesaris tempore, marmor pingi coepisse: NERONE imperante, maculas illi inseri, quae ars, ALEXANDRO regnante, sit appellata *opus Alexandrinum*. Varias fuisse marmora conglutinandi rationes: Graecos lithocollam fecisse ex lapide Pario et glutine coriorum bouinorum; alios vncis ferreis frusta marmoris coniunxisse, plumboque in compages illiquato expleuisse. Fuisse denique addit consuetudinem, qua pacta, leges, mortes principium et facinora praeclara marmori vel celte, vel scalpro inciderent. Hinc CICERONEM dixisse *incisas litteras diuinae virtutis testes sempiternas*. p. 416.

26) Comitis MARSHALL *de fodinis adamantinis, in regno Golconda et Visiapur inueniendis, relatio;* ex Philosop. Transact. Historice omnes fodinae, quae in his regnis inueniuntur, nominibus locorum indicatis, enarrantur: atque natura soli in iisdem, adamantumque figura, praestantiaque coloris, aliaque plura subiunguntur; quae tamen hic fusius referre nequimus. p. 427.

27) *Tentamina cum nouo corpore minerali, quod* Platina del Pinto *dicitur.* Auctore Cl. MARGGRAF. ex act. Berol. T. XIII. *). p. 436.

28) Cl. DE BLUMENSTEIN *tractatio de metallis minerisque: cui addita est* DULACI *descriptio fodinarum mineralium prouinciarum Lyonnisi, Forensis et Belloiouiensis* e Gallico sermone. Traditur hic BLUMENSTEINII de metallis minerisque sententia, quam solam hic breuiter recensea- p. 473.

mus:

*) vid. comm. nostr. Vol. VIII. p. 632.

mus: cum, quae de ratione qua metalla in tellure posita sint, et detegi queant, dicantur, iam alibi Lectoribus retulerimus *), atque ad enumerationem fodinarum Lectores ipsam legendam remittere debeamus.

p. 480. Partes principes metallorum, terram nempe vitrescentem, sal et phlogiston, ante vnionem earundem fluidas fuisse, et metallorum proprietates ex varia earundem proportione enasci varias. Me-
p. 487. talla quidem ab initio iam formata fuisse non improbabile existimat; posse tamen eadem etiamnum generari, exaltari atque augeri, nec repugnare, si quis statuat metalla regenerari, quamuis certe
p. 490. affirmari non possit. Deinde apparenter tantum loca quaedam esse, vbi metalla minus vel magis nascantur, affirmat, cum principia eorum vbique sint dispersa, nihilque, quo minus tandem aliquando metalla reperiantur, impediat. Denique lapidem philosophorum possibilem esse statuit; an vero quis inuenerit, nec ne, dubium esse, neque aliter concedi posse, quam vt viliora tantum in nobiliora metalla sint mutata.

p. 519. 29) Cl. MARGGRAFII *tractatio de ratione, qua stannum in acidis vegetabilibus soluatur, atque de arsenico, quod illic contineatur*, ex act. Berolin. T. III. Continentur hic experimenta Cl. Auctoris, quorum in sequenti tractatione continuatio, a nobis iam indicata **), traditur; quae itaque breuiter repetamus. Purissimum stannum ab acidis salibus arrodi et solui, magnamque arsenici copiam continere experimentis demonstrat. Primo vasis, ex tali stanno confectis, acetum vini vel simplex, vel de-

stil-

*) vid. WALLERII *Elem. metallurg.* comm. nostr. Vol. XVI. p. 31. seq. et supra p. 283. seq.

**) vid. comm. nostr. Vol. VII. p. 714.

ſtillatum, vel alia acida vegetabilia acria, ſucceſſu temporis, immiſit: atque tum his acidis particulas metallicas ſolutas cognouit ex ſapore, atque aceto turbido facto, vel acidis colore mutatis, et praecipitato, quod arroſum ſtannum continebat.

Deinde ſtannum Malaccenſe cum aceto et vino, a phlegmate depurato, digeſſit, coxit, colauit, deſtillauitque in retorta; eumque laborem, addito nouo aceto, octies repetiit. Solutione ſtanni remanente, in retorta ad ſiccitatem deſtillata, eius reſiduum minori indidit retortae, et deſtillatione omne acidum eduxit. His peractis, vidit in collo retortae, praeter oleoſum aceti, paruam ſublimati portionem, quam arſenicum fuiſſe affirmat; in retorta autem remanſit cinis ſtanni metallicus. Stannum, quod poſt ſolutionem remaneret, puluere albo aſperſum vidit, qui vlteriorem eiusdem ſolutionem impedire ab Eo dicitur. His addit tertium, cum minera ſtanni puriſſima, additaque fuligine inſtitutum experimentum, quod idem demonſtret. p. 524.

Experimenta, quae ſequuntur, primo demonſtrant, arſenicum difficile, etiam fortiſſimo igne, a ſtanno ſeparari. Cum enim ſtannum Malaccenſe, arſenici parte eadem admiſta, igne, qui ſenſim eo augeretur, quo vitrea retorta perferret, deſtillaretur: arſenicum regulina forma in collum retortae aſcendit, atque in retorta cinis ſubalbus, in quo arſenicum adhuc continebatur, remanſit metallicus: atque, quum eundem laborem, addita etiam maiori ſtanni copia, continuaret Cl. Auctor, remanere ſemper arſenicum expertus eſt, adeo, vt duas vncias ſtanni dimidiam arſenici vnciam continere poſſe inde colligeret: quae etiam, experimento alio, in quo phlogiſton additum eſſet, Cl. Auctori comprobari viſa ſunt. Deinde, quo ipſa praeſentia arſe- p. 527. p. 531.

arſenici clarius appareret HENKELII experimentum *) repetiit, magisque determinauit, et, quae obſeruandae cautelae, hic cum euentis proponit. Soluit nimirum in aqua regis, a ſe ipſo ex vitriolo, nitroque depurato deſtillatione, addito vnciae vni huius deſtillatae mixturae ſcrupulo dimidio ſalis ammoniaci, in hunc finem parata, puriſſimum ſtannum: quod, quando ad quatuor aquae regis vncias ſcrupulus ſtanni dimidius ſumeretur, ſtatim ſolui, atque in fundo arſenicum praecipitari vidit; addita vero alia ſtanni parte, ſolutio clara obtinebatur, atque arſenicum ſolutioni pulueris in forma ſupernatabat. Denique, ſi haec ſolutio ad cryſtalliſationem reponatur, arſenicum in cryſtallis obtineri oſtendit: atque, addito aquae regis, loco ſalis ammoniaci, ſpiritu ſalis, impediri, ne in operatione euaporationis liquor ex vaſe fluat, difficilius autem cryſtalliſationem ſequi: his ſubiuncta eſt affinitas ſtanni cum ſale ammoniaco et mercurio, quae corpora ad ſeparationem arſenici maxime conuenire dicuntur, atque periculum ex vſu vaſorum ſtanneorum ex his colligitur.

p. 539. 30) EIUSDEM *diſquiſitio ſtanni chemica continuata*, ex act. Berol. T. XII. **).

Vol. II. In volumine ſecundo hae continentur tractationes:

p. 3. 1) Cl. POTT *chemica experimenta, ſuper commixtione acidi vitriolici cum ſale ammoniaco inſtituta*, ex act. Berol. T. VIII. ***).

2) *Vni-*

*) v. RESPURS *Mineralgeiſt.* p. 211.
**) v. comm. noſtr. Vol. VII. p. 714.
***) v. comm. noſtr. Vol. III. p. 681.

2) *Vniuerſalis hiſtoria naturalis lithanthracum, ex libro, cui titulus* Dictionaire de l' encyclopedie *huc relata.* Traditur hic ex collectis variorum Auctorum ſententiis de natura lithanthracum, modo ea inueniendi et colendi, ſituque atque ſtratorum directione, ſic quoque de vaporibus et vſu eorum, conſcripta breuis et concinna tractatio, ex qua ii, qui breuem huius rei cognitionem cupiunt, ſatis inſtrui poterunt. Vnam, quoniam nos pluries iam de hac re Lectoribus retulimus, Auctoris ſententiam afferamus, qua lithanthraces vegetabilis eſſe originis exiſtimat, idque patere et ex ſtratis eorum, lapide fiſſili tectis, vbi impreſſiones vegetabilium conſpiciantur, et ex contextu, qui illi lignorum ſimilis ſit. p. 42.

3) *Hiſtoria naturalis de fodinis lithanthracum, quae in prouinciis* Lyonniſio, Forenſi, Beloiquienſi *inueniunturque; ex actis* Cl. DU LAC *Lugdunenſibus, quae hiſtoriae naturali inſeruiant.* Signis, quibus linthanthracum praeſentia cognoſcatur, expoſitis, terebraque, tanquam certiſſimum ſtrata lithanthracum detegendi inſtrumentum laudata, terram, quando mollis ſit, ſuffulciendam eſſe praecipitur trabibus in lateribus ita poſitis, vt in ipſo ductu machinae libere agere queant. Deinde profunditas varia, vtplurimum ad 70 vel 105 vlnas ſub terra extenſa; atque diuerſitas lithanthracum, ex profunditate, cum medii optimi ſint: laboresque varii monticolarum circa lithanthraces deſcribuntur. Tum pericula in his fodinis, ex aquis, vaporibus, quibus ventilatore optime occurratur, aliisque enarrantur, nomina locorum, in quibus his in prouinciis fodinae lithanthracum ſint, indicantur, earumque varietates, praeſtantia, et ſingularis ipſorum lithanthracum natura, commodaque atque incom- p. 64.

incommoda monticolarum referantur. Sic, vt exemplum addamus, narrat in fodina, quae circa regionem *Rivo de Giet* reperitur, lithanthraces semper flagrare, idque pendere et a vaporibus eorum, et ab alumine: aliasque alias magis esse diuites, eam, quae Caluomontii (*Saint Chaumond*) posita sit, aliis notatu digniorem esse, quod pulcherrima sit omnium, offeratque in introitu fodinae stratum lapideum, quod rima sit fissum, atque, praeter alia commoda, facillimum descensum ostenderet, ideoque eam icone depinxit.

p. 95. 4) Cl. POTT *examen chemicum salis acidi volatilis succini.* ex act. Berol. T. IX. *).

p. 124. 5) Tractatio *de quibusdam notatu dignis, circa* Gabian *in* Occitania *inueniendis rebus, praesertim de petroleo illic scaturiente;* Auctore Cl. RIVIERE, ex act. Monsp. T. I. Praemissa, quae tractationis summam, occasionem, aliasque continet, introductione, ipsa Cl. RIVIERII proponitur commentatio: cuius summam, cum iam a nobis recensita sit **), hic repetere non opus est.

6) *Typus historiae naturalis in regno Iaponico; ex* Cl. V. CHANLERoIX *historiae Iapanicae cap.* 2. Praetermissis, quae ex aliis iam nota sunt, soli et
p. 136. maris vicini notabilia tantum afferamus. Conspiciuntur circa regnum Iapanicum turbones aquei, qui naues ipsas in fundum detrudant, atque vortices periculosissimi duo, quorum alter *Amakusa*, alter *Faisuki* dicatur. Lapideum montosumque est solum, industria incolarum fertile redditum, multis fluuiis, iisque magnis et singularibus praeditum:

ter-

*) v. comm. nostr. Vol. V. p. 197.
**) v. ibid. Vol. XV. p. 210.

terrae motibus valde ſubditum, montibusque igni-
vomis abundans, ex quorum vno, *Vngen* nomine,
aquae exſiliunt, quibus potiſſimum balneis ad luem
veneream curandam vtantur incolae; aliaeque plu-
res aquae ſoteriae. Magna illic inuenitur ſulphu- p. 164.
ris copia, omninoque eſt auro dives hoc regnum:
praeterea adſunt fodinae argenti, cupri, ſtanni, mar-
tis et lithanthracum. Sal etiam parari refert, modo,
ex aqua ſingulari: multas gemmas pretioſas, naph-
tham, coloris rubicundi, quam incolae *rubicundam*
terram nominant, ambramque gryſeam ibidem re-
periri, atque plantas marinas circumcirca conſpici.
His reliquas Iapanenſium merces, praeſertim por-
cellanam ſubiungit.

7) *Tractatio phyſico chemica, de ſeparatione auri* p. 177.
argentique praecipitatione, quae ſeparatio ſicca *dici*
ſolet; Auctore Cl. ELLERO. ex act. Berol. T. III.
Cum ſpiritu nitri aurum ab argento ſeparare ope-
ratio eſſet nimis ſumtuoſa: cogitabatur de breuiori
et faciliori, quam *Pfannenſchmied*, aurifaber Qued-
linburgenſis, primus inueniſſe, deinde *Stolle*,
Lipſienſis, vlterius perfeciſſe a Cl. Auctore dicuntur.
Quibus eam arcanam habentibus, Noſter praecipi-
tatione perfici debere ſuſpicatus eſt: quapropter
ſulphur cum fuſa maſſa argenteo aurea coniunxit,
atque ita argentum cum ſulphure combinari, au-
rumque remanere vidit: cuius rei rationes, modum
procedendi, atque effecta, fuſe et eleganter deſcribit.

8) *Tentamen mineralogiae atque hydrographiae* p. 218.
tractus Bernenſis; Auctore Cl. BERTRAND ex ten-
tamine de vſu montium (Eſſai ſur les uſages des
montagnes) depromptum. Poſtquam traditae fue-
runt notiones de qualitatibus naturae indagatoris,
vſibusque, qui ex hiſtoria naturali, relationibusque

corporum, in ſingularibus regionibus reperiundorum, redundent: mineralium et corporum, et aquarum nomina, earumque diuerſitates, indice alphabetico proponit, atque oſtendit, quae in quoque loco reperiantur.

p. 249. 9) *De aerugine aeris tractatio*, Auctore Cl. SERANE. ex act. Monſpeſſ. T. I. *).

p. 260. 10) Cl. LEHMANNI *tractatio de floribus aſteris montani, floribus coeruleis, et foliis ſalicis, ſchiſto impreſſis*; ex act. Berol. T. XII **).

p. 283. 11) *Comparatio inter dentes piſcium variorum petrificatos atque naturales*, Auctore Cl. RIVIERE ex actor. Monſpeſſ. T. I ***).

p. 294. 12) Cl. BRANDES *diſquiſitio chemica terrae Beuthnienſis*; ex actor. Berol. T. XIII ****).

p. 315. 13) *Tractatio de natura aquae communis, ſi tanquam medicamentum reſoluens conſideratur*; Auctore Cl. ELLERO. ex act. Berol. T. VI. *****).

p. 337. 14) *Deſcriptio lapicidinarum marmorariarumque, quae in prouinciis Lyonniſio, Forenſi et Belloiouienſi inueniuntur*. ex Cl. DULAC act. Lyonn. T. II. Galliam, praeſertim Lyonniſium multis, iisque vtiliſſimis, lapicidinis praeditam eſſe affirmat: quas ideo hac tractatione, praemiſſa veterum lapides adhibendi ratione, omnes, vicinasque Forenſis Belloiouienſisque agri, ex ordine deſcribit, atque praecipue calcareos, lapidem fiſſilem, ſilices, marmora, lapides cry-

*) v. comm. noſtr. Vol. VII. p. 714.
**) v. ibid. Vol. XV. p. 208.
***) v. comm. noſtr. Vol. XV. p. 204.
****) v. comm. noſtr. Vol. VIII. p. 638.
*****) v. ib. Vol. II. p. 427.

cryſtalliſatos, cum eorum natura, vſu, modo tractandi aliisque obſeruationibus enumerat.

15) *Tractatio de foſſilibus, petrificatis potiſſimum, in iisdem prouinciis*, ex iisdem actis. Reperiri illic refertur copioſe foſſilia, qualia ſint, talcitae, aetitae duplicis generis, alii nigri, duri et glabri; alii flauicantes et lamellati tenuesque; praeterea alius aetites, ferruginei coloris, figurae rotundae, cauusque, cui ab incolis variae vires, grauidas inprimis iuuantes, adſcribuntur; quare etiam *lapis praegnans* nominetur; porro belemnitae, bucarditae, gryphitae, ammonitae, quorum duas icones addit, aliaque plura et petrificata, et mineralia: quae vero, cum ſatis communia ſint, ne nominibus quidem referre poſſumus. p. 401.

16) LEHMANNI *tractatio de loco Pliniano* *) *ſuper gemma veterum* Aſteria *dicta*; ex act. Berol. T. X. **). p. 448.

17) Cl. ASTRUCI *tractatio petrificatorum Vultonnenſium circa Montempeſſulanum inueniendorum*; ex act. Monſpeſſ. T. I. ***).

18) Cl. ELLERI *diſquiſitio vſus domeſtici vaſorum cupreorum, qui noxius habetur*; ex actor. Berol. T. XI ****). p. 499.

19) *De virgula diuinatoria.* Anoymus huius tractatus Auctor, ironice et facete ſatis vim virgulae diuinatoriae omnem negat, eamque, auctore CAMPIO, ſenatore Gottingenſi, qui ſibi arcanum hoc detexerit, non, niſi a ſpiritu, animo nempe inveſtigatoris, eam dirigi ſtatuit; neque intelligi ait, quo p. 579.

*) v. PLINII H. N. lib. XXXVII. cap. 47.
**) v. comm. noſtr. Vol. VI. p. 333.
***) v. comm. noſtr. Vol. XV. p. 404.
****) v. comm. noſtr. Vol. VI. p. 324. ſeq.

modo exhalatio tam multarum, ad quas inueniendas adhibeatur, rerum motum illius queat excitare. Deſcribit bifurcatam virgulam, partesque eiusdem litteris denotat, vnde icon deeſſe nobis videtur: deinde, quo modo ea ſit dirigenda, praecipit, atque caſu tantum euenire, vt res quaeſita inueniatur, affirmat; qua tamen in re plures mineralogi Ei repugnant, cum, illam non omnino eſſe reiiciendam, neque, niſi in fortuitis rebus, Auctoris opinionem valere, ſtatuant *).

p. 534. 18) Cl. ELLERI *examen de formatione calculi ſ. fabuli in corpore humano.* ex act. Berol. T. XI. **).

XXV.

Ontleed en Heelkundige Verhandeling over de uitzakkingen en uitwaſſen der lyfmoeder en ſchedee; uitgegeeven door eene gezellſchap van Vtrechtſche Heelmeeſters. Te Vtrecht by Gisb. Tiemon van Paddenburg en Abraham van Paddenburg 1767. 8. mai. pl. 11. abſque dedicatione et prooemio.

h. e.

Tractatio anatomico chirurgica ſuper procidentia et fungis vteri vaginaeque, a ſocietate chirurgorum Traiectinorum edita.

In deſcriptione partium mulierum, quae generationi inſeruiant, anatomica, ex Cel. WINSLOWIO translata, hoc annotabimus, quod in collo vteri ad vtrumque eius parietem duo obſeruentur ſtra-

*) c. f. WALLERII Metallurgia; vid. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 36.

**) vid. comm. noſtr. Vol. VI. p. 628. ſeq.

ſtrata, valuulis praedita, quae ſemen, in vterum immiſſum, exinde redeundum impediant.

Iam de procidentia vteri ipſa videbimus, cuius cauſſa interna partium, vterum continentium, relaxatio; externa vero omnia ea, quae vim et reſiſtentiam earum partium ſoluant, motus vehementiores, preſſio, partus difficilis, tuſſis, equitatio, nixus fortiores, ſaltus cet. defenduntur. Proximam vero cauſſam in ligamentis ſacro iſchiadicis, et conſtrictore cunni relaxatis, Auctore Cel. CAMPER, qui et hunc prolapſum veram herniam dicit *) conſtituunt. p. 22. p. 36.

Ex allatis itaque exemplis patet, prolapſum vteri omni aetati, infantibus, adultioribus, grauidis cet. communem eſſe. Cauſſae diuerſae varium prolapſum vteri oſtendunt, vnde quoque ſigna petuntur. Quam diu collum tantum vteri extra orificium vaginae propendet, tumor oblongus, facile reponendus; ſin fundus ſimul conſpiciatur, tumor rotundus, veſicae inflatae ad inſtar, et admodum difficile reprimendus in conſpectum venit, quem inueteratum dicunt. Symptomata conſueta, inflammatio, gangraena cum ſphacelo, ſi iuſto tempore auxilia adferuntur, praecaueri poſſunt: leviora, quae interdum accedunt, fluor albus, continuae haemorrhagiae vteri, hernia veſicae cet. non, niſi cauſſa ſublata, tolluntur. Malum hoc, ſi leuius eſt, in iunioribus conſpicuum, vel ex cauſſa externa oriundum, iuſta methodo ſtatim tractatum, breui tollitur; rariſſime vero, vel nulla curationis ſpes affulget, ſi iam inueteratum eſt, ex cauſſis internis prouenit, vel in aetate prouectiore conſpicitur. p. 40. p. 49. p. 57.

*) Verhandeling voor FRANCOIS MAURICEAU tractaat van de ziektens der zwangere vrouwen cet. door PETRUS CAMPER uit het Franſch vertaeld, tweede druk. Te Amſterdam 1759. 4. p. 64.

p. 62. Indicatio curatoria ſic abſoluitur, vt primo pars procidens in ſuum reponatur locum, et ſecundo ibi aptis auxiliis ſeruetur. Repoſitione vteri prolapſus expoſita, adminiculisque et inſtrumentis, quibus in ſitu ſeruetur, definitis, in peſſaria, quale in Commentt. Harlemenſ. *) et apud Cel. CAMPER **) depictum legimus, a variis auctoribus diuerſimode mutata vel emendata, eorumque applicationem fuſius inquiritur.

p 88. Agitur tunc in capite tertio de inuerſione vteri; hanc vero non, niſi fundo vteri procedente, et orificio eius dilatato, euenire poſſe; in grauida autem, fetum maturum gerente, facillime fieri demonſtratur. Efficitur hic, vel ex peruerſa ſecundinarum extractione, praeſertim, cum placenta fundo firmius adhaereat; vel ex doloribus poſt partum: hinc eo reſpiciatur, vtrum placenta adhuc cum prolapſo fundo coniuncta ſit, an fundi tantummodo pars, in vagina deliteſcens, deſcenderit, vel maior eius portio altius propendeat, et tumida appareat? numne denique inuerſa pars per vteri orificium admodum compreſſa ſit, vt ſphacelus vereatur; vel compreſſio paulo minor, maior vero haemorrhagia, lipothymia crebrior cet. appareant?

p. 100. Medela nulla locum habet, niſi, vt repoſitio quam citiſſime fiat; hac vero impoſſibili, prolapſus naturae committatur, nec temere culter, vel ligatura adhibeantur.

p. 110. Exponitur in capite quarto procidentia vaginae, quae tunc adeſt, ſi tunica interna rugoſa ex cauſſis in

*) Verhandelingen uitgegeeven door de Hollandſche Maatchappye der weetenſchappen te Haarlem V. Deel. p. 206. vid. comm. noſtr. Vol. XI. p. 127.

**) l. c. tab. II. fig. 3. 4. 5.

internis vel externis, ſupra iam deſcriptis, ita laxa fit, et a celluloſa ſubſequente ſeparatur, vt extra pudenda propendeat. Oritur itaque primo a laxa tunica interna, ſecundo partu difficili, tertio progreſſa vehementi preſſione, quarto tunica vaginae interna vel ad partem tantum relaxata cet.

Probe ad ea attendatur, cum ſigna ex his eruantur, et methodus medendi definiatur: alia enim requiritur, ſi procidentia vaginae ex cauſſa interna deriuetur; alia, ſi vi quadam vagina cum ecchymoſi propenderit. In priori caſu vagina reponatur, iuſtis adminiculis retineatur, et laxae partes vaporibus aromaticis et fomentationibus roborentur; in poſteriore ſanguis, extra vaſa miſſus, inciſione effluat, vulnus iuſte tractetur, et repoſitio turunda ſeruetur; repoſitio vero vaginae procidentis ante partum non poſſibilis eſt, et rariſſime poſt partum, cum vagina admodum compreſſa et liuida appareat.

Inquiritur capite quinto in fungum vaginae, quem ex membrana vaginae celluloſa deriuatum legimus; ſed datur differentia: fungus etiam oritur poſt excoriationes, vulnera et vlcera; ſed et ſarcoma, tunica incluſum, exiguo initio ad inſignem magnitudinem excreſcens, conſpicitur. Hinc probe diſpiciendum eſt, vtrum verum ſit ſarcoma, vel ex laxiore quadam vaginae parte prolapſa, iam tumida, dura cet. oriundum? an ſedes eius ſit in anteriore vel poſteriore vaginae parte, vel ad ipſum vteri orificium? quomodo facies fungi ſit comparata, vtrum is paruus ſit, et in vagina hactenus occultus, vel iam magnitudine inſignior, et propendens, an ſuperficie plana, vel inaequali, baſi lata, vel collo anguſto? quomodo denique aetas ſit, habitus corporis, an cacochymicus cet.? ſi ſarcoma in celluloſa radi-

p. 116.
p. 125.
p. 130.

radices profundius egerit, facillime, ſi etiam exſtirpetur, recrudeſcit.

p. 136. Curatur primo exſtirpatione, ſecundo diſtorſione, et tertio ligatura, vbi inſtrumento Cel. LEVRETI, quo per filum argenteum fungus ligatur, haud parum tribuitur.

p. 151. Sexto demum capite de fungo vteri ſermo eſt. Conſpicitur is in fundo, collo, vel ad orificium vteri: diſtinguitur quoque ex natura et ſymptomatis; ſigna vero obſcura ſunt et fallacia *). Quibus omnibus methodum curandi accommodatam videmus; quam tamen in exemplo adiecto, vbi fungus compoſitus, quem dicunt, magnus, ad fundum vteri, quid? quod per maximam fere vteri partem diffuſus erat, fruſtra adhibitam dolent Auctores.

XXVI.

Les ſingularités de la nature. Par Mr. DE VOLTAIRE à Geneue 1769. 12mo. mai. pl. 5.

Singularia naturae. Auctore Cl. DE VOLTAIRE.

Eſſe in phyſicis multa, quae ignorentur, confundantur, ridiculisque ſubinde et inanibus coniecturis obſcurentur potius, quam explicentur, copioſis Cl. Auctor exemplis probare ſtudet. Quemadmodum vero huius mali, non doctrinarum ſolum artiumque incremento, verum etiam rerum publicarum ſaluti quandoque pernicioſi, fontes in credulitate, hypotheſium amore, iudicii praecipitan-

*) VAN GESSCHER Proeve over de langwierige gezwellen p. 130. vid. comm. noſtr. fecund. Decad. Suppl. I. p. 185.

tantia, regularum obſeruandi inſcitia et contemtu, mathematumque neglectu recte quaerit: ita obſervationem diligentem ac ſcitam, prudenti ſuffultam dubitatione, maximopere commendat. Quum autem cuncta, quae affert, percurrere non liceat, ſpeciminis loco pauca hinc inde delibata proponamus.

Corallia ab inſecto inhabitante ſtructa credere aeque ridiculum aeſtimat, ac ſi quis arbores murosque vermium incolarum opus eſſe ſtatuat. p. 7.

Polypi forte non ſunt animalia, ſed parui iunci, mimoſae ſenſitiuae ſimiles. Brachia, quae videntur, rami, capita gemmae, ventriculus cauarum fibrarum congeries, motus fibrarum vndulationes, ovula ſemina eſſe poſſunt. Inſecta, deglutiri viſa, forte ſponte intrant polypum plantam, vt ibi nutriantur et pereant, quum etiam ſine his diu polypus ſubſiſtat. p. 8.

Apum rempublicam gynaecocraticam, reginam polygamam et polytocam, operariasque apes ſpadones aeque fabuloſas eſſe dicit, quam anguillulas NEDHAMII corruptae farinae, iurique ouillo innatantes. p. 13.

Elementorum naturam latere, quatuor vulgaria falſo ita dici, aeremque forte, praeter congeriem exhalationum telluris nihil eſſe, contendit. Perceptionum, idearum, memoriae motuumque voluntariorum rationes nunquam non ignoratum iri arbitratur. Multa in anatome ſupereſſe monet incerta; verum exempla prolata non tam anatomen, quam phyſiologiam ſpectant. Elucent vbique Cl. Auctoris eruditio et acumen; ſed, quod dolendum eſt, ne ab hiſce quidem pauculis pagellis improbae diuinos libros cauillandi libidinis veſtigia abſunt. p. 56.

XXVII.

FRANCISCI XAVERII CASPARI TRZEBICZKY, Bohemi Rokyczanenſis Diſſertatio de irritabilitate et ſenſibilitate partium corporis animalis, Prag. Typis Hochenbergerianis. 8. plag. 3½.

Omne Cl. Auctoris ſtudium in eo poſitum eſt, vt in libello hoc ſatisfaciat duabus illis quaeſtionibus, videlicet motus cordis naturalis pendeatne a neruis, an nerui, vt ſunt ſenſibilitatis, ita forſitan irritabilitatis quoque fontes ſint? Quum cordis muſculoſa fabrica, etſi Ill. HALLERUS repugnat, vtique nacta ſit neruos numeroſos, qui neque ſenſui, neque nutritioni inſeruiunt, quum abſque neruis nunquam, et pro vario illorum ſtatu varie agat: quum denique neruis irritatis deperditus cordis motus reſtituatur, languens excitetur, laeſis vero illis et deſtructis minuatur atque quieſcat; Cl. Auctor neruorum virtuti omnia in motu cordis naturali tribuit, nixus iis phaenomenis, quae ab animi commotionibus proueniunt, dein ENSII et KAAUVBOERHAAVII, propriisque experimentis.

p. 13. Cor robuſti canis, quod, thorace aperto et pericardio diſciſſo, debilius ſemper pulſabat, tandemque et ad manus attactum languidiſſime micabat, per duo minuta prima priſtino cum vigore ſeſe contraxit; cum Cl. Auctor ſtylo quadrangulari occiput pertudiſſet, irritaſſetque cerebellum et medullam oblongatam. Idem eodem ſucceſſu tentauit in duabus felibus, tribus catulis ranisque multis. HALLERI irritationem octaui neruorum paris irritam fuiſſe propterea cenſet, quod vel tarda nimis, non ſufficiens fuerit, vel proprios cordis neruos non tetigerit. Et licet cordis exſecti diſſectique continuatus

tis motus neruorum vim excludere videatur; non tamen excludit recte, quum in animalibus, capite truncatis, motus muſcularis artuum aliquantiſper ſoleat ſupereſſe, quem a neruis omnes deriuant; quumque eodem modo negari poſſit vis ſanguinis influentis in cordis excitatione, cuius ſtimulus a corde exſecto, et tamen adhuc mobili, prorſus abſit, Monet inſuper Cl. Auctor, quod, quamuis vno alteroue neruo deſtructo quies cordis non ſtatim ſubſequatur, vigor tamen cordis vtique pereat. p. 19.

Quod ad alteram attinet quaeſtionem, non adeo abſurdum eſſe docet, fibras muſculares haberi pro neruorum propaginibus, quod ipſe non aſſumit, fortiter tamen defendit. Fieri enim poſſe iudicat, vt, quemadmodum neruus acuſticus a diſtributione in auribus habeat vim audiendi, viſurus in oculo, ita etiam nerui, non irritabiles, irritabiles fiant diſtributione ſua per muſculos. p. 26.

Quum vero conſtet irritabilitatem eſſe abſque neruis nullam, affectisque neruis deleri, immo euaneſcere, principium eius in neruis adeſſe concludit; verum non in parte ſolida, ſed potius, ligatura monſtrante, in fluida, quam continent. Quoniam vero non omnes partes, quae neruos acceperunt, irritabiles ſunt, neruorum fibras in muſculis aliam ſtructuram, vel per aliud fibrarum genus peculiarem diſpoſitionem acquirere coniicit. Iam patere dicit, cur partes, neruis deſtitutae, irritabiles non ſint; cur iuniores, teneri, vegeti, feminaeque pulſu, ſenſu et irritabilitate excellant; cuncta vero, quae neruorum vigorem minuunt, minuant etiam irritabilitatem; id quod opii exemplo illuſtrat, cuius ſolutio aquoſa, cordibus animalium frigidorum calidorumque affuſa, intra minuta octo, ad ſummum viginti ſeptem, omnem cordis motum penitus extinxit. p. 32.

Vlti-

p. 40. Vltimo oſtendit Cl. Auctor, perennem cordis motum conſtantioremque deberi perpetuo influxui fluidi neruei, inprimis vero maiori cordis irritabilitati.

XXVIII.

Kort Vertoog over't gebruick der Hulpmiddelen dienende tot redding der drenkelingen; uitgegeeven door enee gezellschap van Utrechtſche Heelmeeſters. Te Utrecht by Gisbert. Tim. en Abraham van Paddenburg 1769. 8. 5. pll. c. dedic.

i. e.

Breuis commentatio de vſu remediorum in ſalutem ſubmerſorum.

Cum mors ſubmerſorum, quorum vitae reſuſcitatio iam a medicis et magiſtratibus variis modis tentata eſt *) ſit valde dubia, vt nec ſatis determinari queat: ſubmerſum, niſi putredinis ſigna iam appareant, pro mortuo nondum haberi debere Noſtri contendunt, cum praeſertim actiones ita interdum lateant, vt etiam lipothymicus verum mortuum
p. 11. haud raro mentiatur. Cauſſam mortis ſubmerſorum veteres in abundantia aquae, in ventriculum ingeſtae ex intumeſcentia abdominis ſtatuerunt.
p. 12. Suffocationem recentiores accuſant, ita quidem, vt alii eam ex exſpiratione declarare velint, alii ex inſpiratione. In aquam enim delapſum terrore percuti, quem plena exſpiratio ſequatur, vt adeo ne particula quidem aeris in bronchiis ſuperſit, pulmones collabantur, circuitus humorum impediatur, homo tandem pereat, illi aſſerunt; hi vero terro-

*) v. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 147.

terrore perculſum inſpirare malunt, quod ex aſperſa in faciem aqua probant. Pulmones ergo ex tanta inſpiratione valde expanduntur, vt, cum epiglottis glottidi arctiſſime agglutinata ſit, aer ne minimus quidem exſpirari queat, pulmo expanſus maneat et vera inde ſuffocatio ſubſequatur.

Ex recentiſſimorum hypotheſi mors ſic ſe habet: ſubmerſus ex niſu, quem in vitae periculo tentat, ſimul ac ſuperficiem aquae ſuperauerit, inſpirat, vbi cum aere magna ſimul aquae copia in bronchia et vaſa aerea intrat, vt pulmo, ſpuma expanſus, ſeſe contrahere non poſſit, niſi, quod pars quaedam aeris, vim et reſiſtentiam aquae ſuperans, magno cum impetu prorumpat et bullulas aereas in ſuperficie oſtendat. Ex actione hinc pulmonum laeſa, circuloque ſanguinis impedito ſtaſes in pulmonibus exoriantur neceſſe eſt, ita, vt parum vel nihil ſanguinis in cauum cordis ſiniſtrum tranſire poſſit, et, quicquid accipit cum magna vi et celeritate ad arterias, venas et cor dextrum propellat: in ventriculo ergo dextro, et venis cauis, ex ſyſtole cordis iam ceſſante, accumulatus ad veram ſtaſin peruenit, vt libera tandem cordis actio plane ceſſet. Quia vero magna, ſub ipſo temporis ſtatu, ſanguinis copia ad encephalum defertur ibique augetur, non improbabile videtur, ſubmerſum, cum actiones encephali et neruorum his obſtaculis impediantur, ex ſuffocatione et apoplexia perire. Ad foramen ouale, quod in adultis interdum reperitur, et quo circulus humorum iuuetur, hic non reſpiciendum eſt.

p. 14.

p. 19.

Veterum modum, quo ſubmerſos vel inuerterent, vel pedibus erectis arbori affigerent, vel ſuper vaſe denique cylindrico torquerent, ob varias cauſſas reiiciunt Noſtri; ſed in auxiliis ſolum ad actiones vitales reſtituendas acquieſcunt.

p. 21.

Cor-

p. 26. Corpus, aqua extractum, facie paulo deorſum ad locum aptum, quo iuſte poſſit tractari, ferunt, et ſub regimine ſubcalido, veſtimentis madidis exutis, aliis ſiccioribus obducunt: ad bronchotomiam deinde, contra quam alii inflationem aeris per os eligunt, quae vario modo inſtituenda eſſe oſtendi-
p. 30. tur, accedunt. Nunc clyſmate ex fumo tabaci vtuntur, explicant eiusdem remedii vſum, a variis Auctoribus valde commendatum, et deſcriptionem
p. 34. peculiaris inſtrumenti, quo fumum in inteſtinum rectum immittunt, adiiciunt ea ſub qua operatione ſpirituoſa volatilia naribus applicant, quibus deinde vſum analepticorum ſubiungunt, et venaeſec-
p. 39. tionem poſtmodum in vena iugulari externa inſtituunt.

p. 43. His vero omnibus, clyſmate etiam ex fumo tabaci iterum fruſtra tentatis, ad vltimum, incalescentiam nimirum totius corporis, confugiunt, vbi corpus cinere ſubcalido obtegunt, vel ſpinam dorſi ſale calidiore fricant, vel corpus continuo motu et fric-
p. 50. tione exercent. Iam ad methodum, qua ſubmerſus reſuſcitatus ſumma cura tractandus ſit, ne reuiui-
p. 50. ſcens iterum obeat, tranſeunt. Exemplum, cuius euentus non reſpondit, addunt. Hanc ſubmerſam, omnibus fere auxiliis fruſtra tentatis, absque vlla ſalutis ſpe dereliquiſſent, niſi flumen ſanguinis, ex vena iugulari pertuſa copioſe effluxum, reſtitutionem obtuliſſet.

Con-

Contenta in hac parte.

		Pag.
I	Acta Helvetica. Vol. VI.	195
II	MEDICUS Sammlung von Beobachtungen aus der Arzneywissenschaft 1ter und 2ter Band	204
III	EJUSDEM Brief an den Herrn ZIMMERMANN über einige Erfahrungen aus der Arzneywissenschaft	227
IV	A treatise on the hydrocele. By POTT	229
V	A new practical essay on cancers. By BURROWS	239
VI	An essay of the medical virtues of acids By FARR	241
VII	Physiological essays and observations By STEDMANN	245
VIII	SCOPOLI Annus historico naturalis I. II. III.	251
IX	SPIELMANNI diss. inaug. sistens experimenta circa naturam bilis	259
X	SCHENKBECHER Bericht von den heilsamen Würckungen der Kinkina etc.	264
XI	Lettre de DELISLE à BERTRAND sur les polypes d' eau douce	276
XII	Nouvelle methode facile et curieuse pour connoitre le pouls par les nôtes de la musique par feu MARQUET	278
XIII	HARTMANN cautiones de liquore mercuriali Plenckiano	274
XIV	Abhandlungen der Churfürstlich Bayerischen Academie der Wissenschaften. 1ter – 6ter Band	280
XV	OBERREIDII vniuersalis confortatiua medendi methodus	305
XVI	VOGEL praktisches Mineralsystem	307

		Pag.
XVII	GRAEBNERS *Gedancken über das Hervorkommen u. Wechſeln der Zähne etc.*	313
XVIII	Ontleed en heelkundige verhandeling van het waterhoofd door SWAGERMANN	316
XIX	BÜTTNER *aufrichtiger Unterricht vor neuangehende Aerzte und Wundärzte*	323
XX	HERRMANN diſſ. de modo cauendae corruptionis corporum naturalium in muſeis	326
XXI	Mémoires ſur differentes parties des ſciences et arts. Tom. I. Par M. GUETTARD	331
XXII	LINNAEI termini botanici	348
XXIII	HALLER nomenclator ex hiſtoria plantarum Heluetiae etc.	349
XXIV	*Mineralogiſche Beluſtigungen etc. 1ter und 2ter Theil*	351
XXV	Ontleed en heelkundige verhandeling over de uitmakkingen der lyfmoeder en ſcheede	372
XXVI	Les ſingularités de la nature. Par M. VOLTAIRE	376
XXVII	TRZEBICZKY diſſ. de irritabilitate et ſenſibilitate partium corporis animalis	378
XXVIII	Kort vertoog over't gebruick der hulpmiddelen tot redding der drenkelingen	380

EMENDANDA.

P. 15. lin. 24. quorum lege quarum. p. 38. lin. 17. positi l. positi. p. 58. lin. 10. magnete l. magneti. p. 78. lin. 26. de cauſis l. de cauſis febris. p. 89. lin. 27. laborandi l. laborantis. p. 121. lin. 14. nimiae l. nimias. p. 125. lin. 14. drachma vna l. drachmam vnam. p. 135. lin. 13. nonnulli l. nonnullae. p. 148. lin. 18. ADAA l. ADAM. p. 204. lin. 3. operationem l. operationum. p. 231. lin. 14. quam l. quum. p. 255. lin. 1. eadem l. easdem. p. 317. lin. 23. ſubitaneus l. ſubitanea. p. 347. lin. 16. cruſta illa l. cruſtae illi. p. 361. lin. 21. interaneis l. internis. p. 366. lin. penult. medio l. medio. p. 372. lin. 10. CHRISTIANAS l. CHRISTIANVS. lin. 17. *Lugdani* l. *Lugdunum*. p. 375. lin. 16. *Mannichfaltigen* l. *Mannichfaltigkeiten*. p. 391. lin. 20. Bequini l. Begulni. p. 395. lin. 11. fuerit l. fuerat. p. 404. lin. 4. aptiorem l. aptius. p. 418. lin. 19. eſt l. ſit. p. 426. lin. 18. venenoſae l. venenoſas. p. 428. lin. 14. topicologicae l. toxicologicae. p. 432. lin. 27. veſicatoriae l. veſicatorii. p. 445. lin. 9. referantur l. referentur. p. 447. lin. 11. illúm l. illud. p. 452. lin. 22. in l. im. ibid. lin. 23. von l. bey. p. 456. lin. 32. mortem illico ſequantur l. mors illico ſequatur. p. 458. l. 29. obortam l. obortum. p. 462. lin. 2. Batrauorum l. Batrachorum. p. 498. lin. 11. laborante l. laboranti. p. 505. lin. 10. clare l. clarae. p. 522. lin. 14. rubiçanda l. rubicunda. p. 554. l. 10. terra, eaque triplex. p. 555. not. ** adde: *ser* BAG MEISTERS *Ruß. Bibliothec 4. Band 4. und 5. St. S. Petersburg, Riga und Leipzig*. 1777. 8. p. 449. p. 590. lin. 3. *fuit* l. *fixo*. p. 591. lin. 17. intio lege initio. p. 605. lin. 22. eiicebantur l. eiiciebantur. p. 612. lin. 4. ediſſe l. edidiſſe. p. 652. lin. 28. nullae l. nulli. p. 720. lin. 18. poſt Gen. II. adde ſpec. 74. ibid. lin. antepenultima 73. l. 75.